



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Opera Varia

Noris, Enrico

Lugduni, 1707

Responsa P. Francisci Macedi &c. adversùs gerras germanas
germanitatum Cornelii Jansenii, & Henrici Noris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72494)

R E S P O N S A
P. FRANCISCI MACEDI

Minoritæ Lusitani, Magistri Conimbricensis, Lectoris sui Ordinis Jubilati, Professoris
Publici Patavini, Exlectoris Regii Madriti, Pontificii Romæ in almâ Sapientiâ,
& in Collegio de Propagandâ Fide, Exqualificatoris Sancti Officii Romani,
Concionatoris, & Consiliarii Regis Christianissimi, & Serenissimi
Lusitanæ Regis Historiographi Latini, Veneti Civis, & XLVII.
Librorum editorum, majorum, minorum, & aliorum
plurimorum libellorum MSS. Auctoris, &c.

A D V E R S U S
GERRAS GERMANAS
GERMANITATUM

Cornelii JANSENI, & Henrici NORIS,

COLLECTA

A B

ANNIBALE RICCIO

Veneto, Sacræ Theologiæ Baccalaureo.



R E S P O N S A
P. FRANGISCI ALACEDI

... in Collegio de ...
... Concione ...
... Lullia ...
... Librorum ...
... plurimum ...

A D V E R S U S
GERRAS GERMANAS
GERMANITATUM

Caroli JAKOBII & Iohannis ...

COLLECTA

A B

ANNIBALE RICCIO

Veneto, Sacre Theologie Baccalario.



PRÆFATIO.

59

Postquam unâ & alterâ aduocatione Henrici Noris causam cum fideliter, tum constanter propugnari, decreveram eandem eruditorum iudicio dimittere, ne cum latvatis hominibus, qui sub mentito nomine longiorem eidem litem intentant, depugnans, non mediocrem temporis, quod gravioribus studiis longe laudabilius impendendum foret, jacturam subirem; præsertim cum vitiligatores dicacissimi nullum unquam calumniandi finem faciant, ut vel ex ipso tumultu, cui jam proximi jacent, accusationem restauraturi videantur. Enimverò cum Norisii volumina sacris, qui Roma sedent, iudicibus criminati essent, sperabam fore, ut in verim taciti, ac quieti abs se postulati iudicii exitum opperirentur. At illi, siquæ quoddam diuturniores Romana censura moras fastidirent: siquæ quoddam dubia hominum iudicia, quamvis toties appellata perosi essent, causam ex integro ad formidandum Christi tribunal detulerunt, hoc plane titulo accusationis libello præfixo: D. N. JESU CHRISTO CRUCIFIXO.

Et vile telum est: ima quod tellus creat:
Coelo petam.

Quis meherclè hominum audaciam non miretur, quos nec piget, nec pudet terribile ac tremendum Dei iudicium adire, cuius vel sola cogitatio sanctissimis quibusque viris tantum terroris incussit, ut palam testati sint, malle se in remotissimis speluncarum recessibus læbras querere, imò vel ad remota inferorum claustra detrudi, quam formidandi iudicis aspectum sustinere. Unus idemque Proteus varios subinde cucullos induens, multas criminantium personas cum regione distantes, tum instituto discordes, adumbrat, ut accusatorum numero insultet, ac majorem invidiam Norisio creet, quem tot ubique gentium scriptores oppugnant. Enimverò ex Sarmatiâ Risbrochium, ex Germaniâ Hausennum, ex Italiâ nescio quem Giudicciolanum in scenam produxerunt. Putabam fabulam peractam, ac cum risu jam plaudere incipiebam, cum de repente è Sipario prodit Humbertus Carthusiensis, ac quartam scenam loquacissimus implet. Crederes Castoris illum ac Pollucis, vel Plautinam Menæchorum fabulam recitare; nam Germanitates Jansenii, ac Norisii quàm simillimas ludit. Cujas verò sit iste Humbertus nescio; hoc planè scio, plerosque eminentia naris lectores, ubi primùm illas Germanitates typis excusas videre, constanter affirmasse, easdem id sapere, quod T. Livii historia Asinius Pollio exprobarit. Ita homines importuni, garruli, contentiosi ex ipsis silentibus religioſa solitudinis cellulis Ascetam taciturnitati unice devotum, extrahunt, suos illi soccos impingunt, ac in publico literarij Orbis theatro, coram iudice Deo mille mendaciorum plaustra eruclantem inducunt. Etenim ut Jansenii, ac Norisii Germanitates quàm germanissimas obrudant, ac

Non minus similes, quàm lacti lac si conferas,

hic mei Norisii verba mutilant; hic de suo periodos augent; alibi sententias inuertunt; omnia denique malâ arte susleque confundunt; & quod furori proximum est, hocce commentitium opus Christo Domino nuncupare non erubescunt. Itane, Pseudo-Humberte, tanta te audacia transversum egit, ut mentito nomine, ac cum tam putido mendaciorum, ac prestigiarium apparatu ad Divinum tribunal adire non extimueris? Credi te fallere posse Deum? Non est hic animus tuam illam nuncupatoriam epistolam in examen vocare, unam & alteram ejus periodum levi brachio perstringam. His Christum alloqueris: Tu scis, Domine, me esse indoctum, & magis deditum lectioni librorum spiritalium, quàm scholasticorum. Quâ ergo fronte ad Germanitatem II. testaris, Norisium scribere contrâ communem sententiam Theologorum Scholasticorum? Omnium igitur Theologorum veterum, tum recentium volumina, mole prægrandia, multitudine penè innumera evolossi, ut tanto oris biata ea, qua proxime adduxi, coram Deo verba eruclares. Rursus Christum compellans, Scis, inquit, meam in citando fidem & in referendo sinceritatem. Cum tam fallis in citando sis,

cave ne quispiam non bene erga te animatus quam fidem, ac sinceritatem vocas, perfidiam, ac perfidiam appelles, mihi enim decretum est amarioribus dictis abstinere, neque quid te audire, sed quid me dicere deceat, considerare. Quod verò intelligo methodum, quã nuper in Bajanis parallelis confutandis usus sum, nempe unius P. Macedi testimonio adversus illatas Norisio calumnias appellato, plerisque viris eruditissimis placuisse, eandem planè impressarum defensionis viam, uno Macedo duce, calcabo. Hac enim ratione spero fore, ut bonum illum Senem demerear; nam quidam qui Rhinocerotis nasum jaclant, quum scirent Macedum ac Norisium adversis secum invicem scriptis depugnasse, ipsum Macedum harum Germanitarum parentem non uno loco publicarunt, At mehercle nunquam virum vita integrum, ac sceleris purum, tanto crimini obnoxium affirmare ausim; ut volens ac sciens, ore planè infrunito, ipsi quem alloquitur, Christo mentuus sit, conatus eas sententias, quas suis in libris & solide & eruditè dudum tradidit, in Fanseniani erroris suspicionem adducere. Imò hanc Macedi, ac Norisii fiduciam habeo, ut ubi se tam concordis sententiarum affinitate conjunctos viderint, veteris necessitudinis ob literaria quadam dissidia aliquantisper sopita, memoriam refricent, ac arduioribus amicitia vinculis iterum, me auclore, jungantur. Itaque spuris hisce Germanitatibus pigmenta devabam, fucum abradam, suum Fansenii assertionibus, suum Norisii sententis vultum Macedi manu restituum.



GERMANITAS I

Circà vituperationem Theologiæ Scholasticæ.

Janfenius lib. Proëm. cap. 3. pag. 3.

Non eis, inquit, cura est, quæ esse deberet, quid vel Scripturarum Sacrarum auctoritas, vel veneranda Patrum canities consulta respondeat: sed statim ad Philosophiæ præsidium velut ad omnium solutionum armamentarium sese conferunt, atque ejus regulis tanquam Sacrosanctis Mysteriorum altissimorum momenta metiuntur. *Et infra.* Nempe de rebus istis Theologicis plerisque valde arcanis homines Aristotelicis disciplinis instructissimi securè, & magistraliter disputant. *Et in fine capituli col. 2.* Semper enim Philosophia quemadmodum mater Hæreticorum fuit, ita rerum divinarum arcanis definiendis adhibita mater errorum est.

Cap. 6. pag. 6. col. 2. Perspicuum est quàm parum hujusmodi ratiocinationes philosophico-Scholasticæ ad inveniendas divinas veritates faciant.

Cap. 8. pag. 8. col. 2. Cur plerumque dissentiant Scholastici, & à Magistris discipuli, & inter se discipuli, nisi quia ut homines humanis sensibus, & humanis ratiocinationibus ex Philosophorum principiis ista quærunt, ut sanè tot altercationibus, atque defensionibus philosophorum antiquorum seculum, quorum principia sibi à teneris propinata imbiberunt, & vestigia terunt, revixisse videatur.

Ibid. Paulò post. Enim vero quis sano judicio dubitare possit plerasque notitias genuinè Scholasticas non nisi putas abstractiones esse, depuratasque Aristotelicæ Metaphysicæ deliquationes. *Et cap. 9. pag. 10. col. 1.* Discrimen magnum aperitur inter modum, quo Spiritus Sanctus divinarum rerum notitiam per os Ecclesiæ suæ diffundit uberiores, & eum, quo Scholastici multi eandem illam cognitionem per quæstiones suas sinè termino multiplicatas extendunt. Spiritus enim Dei per os Ecclesiæ, vix nisi cogente Hæreticorum petulantia hoc facit, quorum insultatio non aliter compesci potest. Scholastici verò nullâ necessitate compulsi, sed scilicet plerumque quilibet indagandi, & resolvendi cupiditate. *Et in fine capituli:* Apud Scholasticos plerosque in confesso est difficillimè, aut nullo pacto fieri, ut qui in Scholasticâ Theologiâ præcellerit, in positivâ, quam vocant, simul primas ferat.

Tandem cap. 10. pag. 11. in fine, Ex puris philosophiæ Aristotelicæ principiis tota hæresis Pelagiana, & Semi-pelagiana fabricata est.

Noris in Vindic. August. pag. 6. lin. 54. col. 2.

Sectatores Scholastici cum certatim diligentiores operam in sectæ patrono legendo ponere studeant, suo tamen plus nimio ingenio indulgentes, diversa docendo magistros in contradictionis suspensionem trahunt. *Et pag. 7. lin. 9. col. 1.* Diversa Scholarum, ac Doctorum factiones Augustini doctrinam in contrarias partes dilaniarunt. *Pag. 20. lin. 42. col. 1.* Scio PLEROSQUE Scholasticos ab Augustini sententiâ recessisse. Illi autem juxta Aristotelis Ethicam de virtutibus disputarunt, cum tamen philosophos humana naturæ debilitas ex originali labe derivata latuerit, ac in summi boni cognitione longius à veritate exorbitaverint.

Pag. 24. lin. 2. col. 2. Rem gratam me facturum arbitror, si ostendero, Scholasticorum PLEROSQUE in opiniones quasdam descendisse, quæ Pontificum Romanorum, Synodorum, ac Patrum statuti planè adversantur. *Pag. 7. lin. 41. col. 1.* Scimus de Augustini sententiâ Theologos inter se digladiari, at ii ipsi certatim sacras literas sibi faventes producant, neque minori contentione de Scripturâ, quàm de Augustini sensu decertant.

Pag. 28. col. 2. in fine. Scholastici ex manâ Pelagianæ hæreses notitiâ uti à receptâ antiquis sententiâ recesserunt, ita illorum PLERIQUE in quibusdam cum Pelagianis convenere.

Et pag. 28. lin. 58. col. 2. Et quidem veteres Parisiensis Scholæ Doctores cum summa ingenia Scholasticis subtilitatibus devovissent, parum fuere in Synodorum, ac Patrum lectione versati. Hinc eruditionis defectu quasdam opiniones obtulerunt, à quibus antiquioris Ecclesiæ magistri longius distarunt.

Et pag. 32. lin. 35. col. 1. Hæc itaque antiquæ Ecclesiæ, ac Sanctis Patribus de infantium pœnis sententiâ stetit, donec post ducentimum supra millesimum annum Christianæ Epochæ, novæ opiniones à Scholasticis procurse sunt, qui si in Patrum voluminibus tantum studii ac laboris posuissent, quantum Aristoteli explicando impendere, profectò Sancti Augustini sententiâ non obduxissent, neque eorum PLERIQUE Pelagianorum opinionem, quod ad naturalem illam puerorum beatitatem attinet, hominum mentibus tam altè infixissent. *Pag. 35. lin. 32. col. 2.* Solent quærere Scholastici: an pueris pœna damni tristitiam incutiat? Respondet Scholarum principes nullâ tristitiâ pueros affici. Pudet me ex Augustino nonnulla recitare; etenim inde palàm fiet tam procul ab Augustini sententiâ abiisse, quàm propè ad Pelagianorum paradoxa accesserunt.

RESPONSIO P. MACEDI.

Nihil eorum, quæ Norisus dixit, in reprehensionem ab hoc Parallelisâ vocatur, quod non antè suis in libris Macedus docuerit. Hoc adductis illius testimoniis sub oculis ponam. Et quidem Scholarum factiones, Sancti Augustini doctrinam contrarias in partes dilaniasse tradit his planè verbis Macedus tom. 2. Collat. 10. differ. 3. sect. 2. pag. 343. ubi recitatis sententiis Thomistarum, Jesuitarum, ac Janfenianorum de adjutorio quo, & sine quo non, ait: *Ex eorum inter se concertatione factiones sunt exorta, quæ Augustini mentem lacerarunt. Nam cum opiniones in sectas degenerant, necesse est, ut de quo disceptant, id omnino discerpatur, ac dissipetur.* Legatur præfatio

ejusdem Macedi ad librum de mente Innocentii contra quinque damnatas propositiones Janfenii. Quod verò in quæstione de potentiâ naturæ humanæ circà virtutes assequendas, plerique Scholastici juxta Aristotelis Ethicam disputarint certum est; cum alii juxta Sancti Augustini dogmata asserant, naturam humanam peccato originali fuisse in naturalibus læsam, ac proindè seclusâ divinâ gratiâ, nullum opus moralis virtutis posse elicere. Hæc Macedo sententiâ stetit lib. 4. de Clavibus cap. 9. Hinc Gaspar Casalius Episcopus Leyrensis, ut ait Macedus Collat. 10. diff. 2. pag. 578. Ordinis Sancti Augustini, unus Patrum Concilii Tridentini, præstantissimus Theologus

idem argumentum versans lib. 1. de Just. quadrip. cap. 21. ait: *Nec solum Platonem in illis verbis perstrinxit Augustinus, sed & Platonicos omnes & Peripateticos, atque multos alios Philosophos, multosque nostrorum Theologorum, qui eodem modo simul cum Platone sapiunt, vel sapere videntur.* Id non semel ibidem repetit. Quae Parallelista ex pag. 33, 28. & 24. Vindictiarum recitat, disputationem de poenis parvulorum tangunt; ubi non omnes Scholasticos Noris reprehendit, sed plerisque appellat. Ea verò quae illis obiicit, ad oculum probat, cum ex Patrum testimoniiis res deducatur. Quidam Scholasticorum naturalem beatitudinem pueris promittunt. Audi quid de his censeat Macedus Collat. 8. tom. 2. differ. 5. sect. 3. pag. 463. *Ego certè hanc opinionem ferre non possum, quod videam adversari Scripturis, & Patribus, imò & rationi.* Et Bellarminus lib. 6. de amiff. grat. & statu pec. cap. 2. ait: *atqui haec est ipsa haeresis Pelagiana.* Macedus cit. pag. 462. col. 1. hosce Scholasticos deteriores Pelagio philosophos vocat. Hos paucos verò obtrufisse opiniones quasdam Sanctis Patribus contrarias, ac ex mancà Pelagianæ hærescos notitiâ quosdam ad Pelagium accessisse, extrâ dubium est. Nam Durandus ac Rubion 2. sent. d. 30. dicunt peccatum originale non esse maculam intrinsecè red-

dentem pueros peccatores, & Durandus id ex Aristotele probare conatur iis planè argumentis, quibus Julianus contra Catholicos utebatur. In eo etiam argumento Catharinus ac Pighius miserè hallucinati sunt; hinc Vasquez 1. 2. disp. 22. cap. 2. ait: *mirandum est viros doctos & pios aut haeresim Pelagii ignorasse, aut ab eà non discessisse.* Et Macedus Collat. 7. cit. sect. 2. pag. 389. *Quæ sententia communiter improbat, quod tollat veram rationem peccati in parvulis, & cum Pelagii errore consentiat.* Denique nobiles Scholastici dixerunt parvulos nullâ tristitiâ affici ob amissam gloriam, quam sententiam fuisse etiam Pelagianorum tradit Sanctus Augustinus lib. 3. Oper. imperf. cap. 99. & alibi. Hinc Bellarminus laudatus cap. 3. oppositum probat *propter auctoritatem Sanctorum Patrum Augustini, Fulgentii, Gregorii, & aliorum, quos nonnulli etiam Scholastici Theologi secuti sunt.* At Jansenius totus in eo est ut Scholasticos penitus pessundet; passim & ubique illos ignorantia, erroris, hallucinationis carpit, ac antiquæ veluti fidei destructores vellicat, ut planè non mirari non possim quædam verba, quæ Norisius unquam & altero loco de quibusdam Scholasticis cursum ac breviter dixit, in crimen adduci, ut inibi cum Jansenio adversus Scholasticos fæderis reus arguatur.

GERMANITAS II.

De doctrinâ Jansenii, & Noris circa adjutoria gratiæ.

Desumpta ex libro singulari de Gratiâ Primi hominis, & Angelorum, & lib. 3. de Gratiâ Salvatoris Jansenii; & ex lib. de Historiâ Pelag. in Vind. August. cap. 3. S. 6. Henrici Noris.

Jansenius in his libris proponit differentiam illam gratiæ excitantis, & actualis Adam in statu innocentia, & ejusdem gratiæ in statu naturæ lapsæ; & agit de duobus adjutoriis sine quo non, & quo. Primum assignat Adamo innocenti, & Angelis. Secundum attribuit Adamo in statu naturæ lapsæ, & exponit hæc adjutoria tradita ab Augustino lib. de Corrupt. & Grat. eodem prorsus modo, quo Henricus Noris proponit, & exponit.

Primo Jansenius in eo lib. cap. 3. affirmat nullum fuisse motum concupiscentiæ antè actum voluntatis

Jansenius pag. 35. col. 2.

Nullus cujuscumque appetitus sive corporalis, sive spiritualis motus, cum quo resistente pugnare potuisset voluntatem unquam surgendo precedebat vel quando voluntate jubente surrexerat, nutum ejus, vel ad latum unguem non excedebat, sed in omnibus eam obediendo sequebatur. Ex quo fiebat ut (quidquid in contrarium non pauci recentiores dicant) ne quidem voluntas sollicitè vigilare cogeretur, ne cupiditatis alicujus motus obreperet. Hinc Augustinus de cupiditate cibi vetiti loquens: *Non itaque, inquit, ibi qualiscumque cupiditas qualicumque voluntati servivit: ac per hoc quamvis jam utraque mala esset tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit: nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati.*

malum deliberatum in statu Innocentiæ in Adamo, contra communem sententiam Theologorum Scholasticorum, & ponit exemplum in manducatione pomi vetiti adductâ auctoritate Augustini lib. 1. Operis imperfecti fol. 103. quæ talis est: *Non itaque ibi qualiscumque cupiditas qualicumque reluctata est voluntati, sed ei potius depravata servivit. Ac per hoc quamvis jam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati.* Ita Augustinus.

Noris in Vind. pag. 15. S. Julianus.

Arguit, quia concupiscentia fuit antè peccatum, idè enim Adam peccavit, quod appetitus sensitivus ejusdem vitium fructum concupivit. Respondet Augustinus pag. 16. col. 2. in fine. *Ibidem negando in terrestri Paradiso actum concupiscentiæ præcessisse actum voluntatis comedendi pomum vetitum.* De ejusdem verba. *Præcessit, inquit, mala voluntas, qua serpenti subdolo crederetur, & secuta est mala concupiscentia, qua cibo inhiaretur illicito: ac per hoc quamvis jam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Antequàm docti nostri Senis responsum recito, Augustinus audiendus est. Hæc docet S. Pater lib. 4. Oper. imperf. cap. 27. *Alii sunt sensus carnis, quibus caro præsentia corporalia spiritui quodammodo nuntiat, & alii sunt carnalis concupiscentiæ motus, quibus caro adversus spiritum concupiscens, in quaque il-*

licita atque inbonesta præcipitat, nisi adversus eam etiam ipse spiritus concupiscat. Itaque quamvis pomum esset pulcrum oculis, aspectuque delectabile, nulli tamen motus primò primi in appetitu sensitivo Adæ infurrexere, contra quos spiritus concupiscere cogeretur; aliàs discordia in utroque appetitu fuisset autè

Adversus Germanitates Janf. & Noris. 63

antè peccatum. Hinc cum Julianus apud S. Doctorem lib. 6. Operis laudati cap. 14. opponeret eum fuisse Adamum, quem rei interdicitur & penitus irribat & suavitatis, respondet: Nos autem dicimus tam beatum fuisse illum hominem antè peccatum, tamque libera voluntatis; ut Dei præceptum magnis viribus mentis observans, resistentem sibi carnem nullo certamine pateretur, nec ALIQUID OMNINO EX ALIQUA CUPIDITATE SENTIRET, quod nollet voluntatemque ejus prius fuisse vitiatam venenosam perfragatione serpentis, ut oriretur cupiditas, quæ sequeretur potius voluntatem, quam resisteret voluntati. Quare cum primum Adam tentanti credidit, cupiditatis motus primò eruperunt; hinc iidem inter pœnas peccati originalis à Theologis numerantur. Audiatur Sanctus Thomas in cap. 8. Epist. ad Rom. lect. 1. Primi motus, inquit, in infidelibus, ex eo quod procedunt à peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, sed originalis. Hinc iidem Theologi negant motus primò primos fuisse in Christo Domino, ut patet ex Suario disp. 34. de Incar. sect. 1. ubi etiam affirmat in statu innocentie nullos futuros fuisse motus primò primos rationem prævenientes. Unde Thomistæ rectè tradunt nullum peccatum ab Adamo committi potuisse per subreptionem; quia hæc fit motibus primò primis appetitibus sensitivi cum impetu tendentis ad objectum delectabile præveniendum rationem: quæ planè est definitio motus primò primi concupiscentiæ. Hæc motus egregiè excludit ab Adamo P. Macedus tomo 2. Collat. 8. differ. 1. sect. 3. pag. 409. col. 2. Addito vero, inquit,

dono integritatis illa subordinatio transit in subjectionem servilem, parente omnino appetitu sensitivo ad nutum rationis, ut NIHIL AUT PRÆTER EAM, aut CONTRA EAM MOVERET, sed prorsus in illius potestate esset, ejusque imperio obediret, quod Augustinus optime declaravit exemplo ejus partis, in qua est libido, ut etiam illa, sicut cetera partes, & membra corporis in potestate voluntatis esset, ac imperium rationis jubentis, verantique expectaret ac sequeretur. Et pag. 411. col. 2. Invenit donum integritatis status innocentie appetitus diversos, & suspectos ex diversitate; fecit concordēs, & sustulit suspicionem, remotam cupiditate, & aditus omnes intrinsecos AD ERUMPENDUM MOTIBUS, QUI EXURGERE PRÆTER RATIONEM POSSENT, PRÆCLUSIT. Itaque donum innocentie Adamo collatum, motibus primò primis præter rationem erumpentibus, aditum præclusit. Hi sanè tollunt perfectam subordinationem partium inferiorum respectu rationis; sunt incentiva discordiæ inter utrumque appetitum; & si non rebelliones, tumultus facient, contra quos ratio sollicita curam cogitur vigilare. Pomi vetiti pulchritudo ita sensum delectavit, ut hic, teste Augustino, eandem rationi proponeret, nutriendo; non eandem motibus primò primis appetitibus sensitivi cum impetu ad concupiscendum trahendo; undè ratio inimicis hæc titillationibus obistere cogeretur. Ex his patet Parallelismam minùs rectè eam sententiam in erroris suspicionem vocasse.

PARALLELISTA.

Quoad primum.

Secundò principaliter concordant Jansenius & Noris in doctrinà de duobus adiutoriiis gratiæ sine

quo non & quo: ac eodem modo illa exponunt.

RESPONSIO

Eddidit hic Auctor Anno 1654. Londini volumen, quod *Scrinium D. Augustini* nuncupavit, in quo de duplici illà specie adiutorii sine quo non, & quo egregiè disputavit, cujus ferè partem iterum tomo alteri suarum Collationum inseruit. Quam verò Macedo similiter Noris loquutus fuerit: ex illius testimoniis mox laudandis apparebit. Itaque Collat. 7. differ. 3. sect. 4. pag. 250. scribit: Egerrimè hanc divisionem auxiliatorum nuperi quidam Theologi fecerunt: ob duas potissimum rationes. Prima est: quòd eam adversarius, nempe Jansenius, ad nauseam usque inculcat; perinde ac illa totius Augustini de gratià doctrinæ clavis & filium sit. Secunda: quòd ille in iis exponendis duos præcipuè errores admisit &c. nempe adiutorium quo necessitare voluntatem; adiutorium

P. MACEDI.

verò sine quo non, fuisse tantum in statu innocentie, nec ulli dari in statu naturæ lapsæ. Et statim nominatis quinque Scriptoribus Jesuitis, qui contra laudatam utriusque adiutorii divisionem scripsere, hæc ibidem addit: Laudo studium emendandi vitia, sed video eos non vitia solùm hominis insectari, sed doctrinam quoque Augustini nimio adversarium impugnandi ardore elidere; nam eò impugnando progrediuntur, ut nolint quicquam reapse inter ea adiutoria interesse: atque adeo velle prorsus confundere: quemadmodum post apparebit. Equidem adversarium peccasse non credo in eo quod censuit, rectam huiusmodi divisionis adiutoriorum intelligentiam clarim & filium totius Augustiniane de gratià doctrinæ esse. Hæc Macedus.

PARALLELISTA.

Et quanquam in eâ non contineatur error, tamen est contra Scholam Thomistarum, & Scotistarum, quia Thomistæ negant adiutorium illud sine quo non tale esse, quod describitur à Jansenio, quia

tollit prædeterminationem causarum secundarum à Deo, uti latè probat Jo. Baptista Gonettus insignis Thomista tom. 9. de Grat. disp. 5. §. 3.

RESPONSIO

Is Collat. 7. laudatà in titulo sectionis XI. pag. 377. scribit: Quid sentiat Schola Thomistica de hac distinctione adiutorii sine quo non, & quo; addit statim ibidem: Thomistis non aridet, quia adiutorium sine quo non videtur auferre physicam illam suam prædeterminationem... Verùm cum videam eos non acquiescere

P. MACEDI.

huic Augustini divisioni, eamque, ut suam tueantur sententiam, velle evertere, quamquam satis ea divisio sit à nobis modò confirmata, operæ tamen pretium duco eandem contra obiectiones Thomistarum defendere & vindicare. Et ut certum mihi adversarium sumam, in quo veluti suam a certaminis sit constituta, propter hominis acumen

ſeruum & eruditionem, volo cum eo contendere. Is vero eſt P. Jo. Baptiſta Conettus, vir ſane doctus, & hoc tempore celeberrimus.

P A R A L L E L I S T A.

5, Scotiſtæ etiam negant illud genus adjutorii, quia volunt, ut cauſæ ſecundæ etiam liberæ ita ſubordinentur Deo, ut ab illo determinentur; ſalvâ ſemper libertate, quam omnes conſervant.

R E S P O N S I O P. M A C E D I.

Hæc tradit ibidem pag. 383. col. 1. Noſtrorum Scotiſtarum pauci de hac diſiſione Adjutoriorum tractarunt: quod ii ad mentem Scoti eruendam, & interpretandam intenti, minus de Auguſtino cogitarunt. Sunt tamen qui eam viderunt & notarunt: qualis eſt Hiquæus &c.

Sed nemo melius, quàm Theodorus Smiſing de iis diſputationem inſtituit. Et producit hujus Auctoris teſtimonium de duplici illo adjutorio ſibi, ac Noriſio planè conforme.

P A R A L L E L I S T A.

5, Negant item Patres Jeſuitæ, qui illam diſiſionem expoſitam à Janſenio & Nori, communiter repro-

bant, quales ſunt Petavius, Annatus, Moraines.

R E S P O N S I O P. M A C E D I.

Providiſſe, inquit, Deum, ut quoniam ea diſiſio adjutoriorum in eas duas formas ſine quo non, & quo non placuit Patribus Societatis Gallis, ea magnopere placuerit Patribus ejuſdem Societatis Hiſpanis, quod ſane ſcitu eſt jucundum, & notatu dignum: ut Hiſpani adverſus Gallos ſentirent, & quod armis ſolent, id pennis facerent, & inter ſeſe dimicarent. Quare Patribus Dionyſio Petavio, Antonio (voluit dicere Stephano) du Champ, ſive Richardo (idem eſt quippe)

Antonino Moraines, ſive Joanni Martinono, & Thoma Auguſtino, ſive Petro (debit ſcribere Joanni) Bagocio (placuit enim iis diſſimulare nomina) & Franciſco Annato Gallis opponimus Patres Franciſcum Suarez, Gabrielem Vaſquez, Luſium Turrianum, Antonium Perez, Didacum Ruiz de Montoſâ Hiſpanos, quorum teſtis tela refutemus: & diſiſionem traditam ſuſtineamus. Hæc ille Collat. 7. differ. 3. ſect. 2. pag. 382. col. 2. & 3.

P A R A L L E L I S T A.

Quoad primam conditionem adjutorii ſine quo non, ideſt flexibile pro arbitrio voluntatis.

Janſenius libr. de Grat. primi Hom. cap. 14. pag. 60. col. 2.

Ita videlicet ut illud adjutorium plenam permanendi potentiam, ſeu ſufficientiam largiretur ſine quâ permanere non poterat: non tamen tribueret uſum illius adjutorii, ſeu ipſam permanendi voluntatem, utpotè quæ in ipſius libero relinqueretur arbitrio, à cujus liberrimo flexu, & nutu Deus pendere voluit, ut illo adjutorio uti vellet, aut nollet. Idem tradit Janſenius per totum reliquum librum, & multis aliis locis, præſertim de gratiâ Salvatoris.

Noris. In Vind. cap. 3. ſ. 6. pag. 42. lin. 17. col. 1.

Hoc adjutorium dicitur ſine quo non, non quod Nam Adam illo adjutorio poſito non ſtatim operabatur, ſed cum volebat eodem ſemper præſente poterat operari. Nam primo illo adjutorio oſtenſa eſt potentia liberi arbitrii, nam ut antea præmiſerat Auguſtinus, Deus illud adjutorium reliquit in ejus libero arbitrio, & ut ait lib. 3. Op. Imper. cap. 12. Reſtorem habebat, quem libero reliquit arbitrio. Scribit enim Auguſt. cap. 11. lib. de Correp. & Grat. Quod deſereret, cum vellet.

R E S P O N S I O P. M A C E D I.

Poſt Janſenium, & antè Noriſium idem docuerat Macedus in Cortinâ, in Scrinio, & tomo 2. Collationum, in quarum VII. differ. 3. de adjutorio ſine quo non initio ſectionis 8. pag. 364. col. 2. hæc habet. Illud adjutorium in ſtatu Naturæ integræ erat ita accommodatum voluntati, ut in ejus eſſet poteſtate, nec ei daret aſſum, ſed præpararet ad illum, ac poſſe conſerret: quia ſine illo non poterat agere arbitrium; at eo accepto poterat ſe determinare ad apendum, utens illo pro ſua virtute, quæ cum eſſet intrinſecè ſana & recta, concurreret cum illo Adjutorio, excitante quidem, ſed minimè

promovente, aut inclinante; ſed eam ſolùm levis afficiente, ac eam indifferentem omnino relinquente, ut cum integro ſui dominio gratiam haberet in poteſtate: quæ ipſius motum arbitrii expectaret, & ſequeretur. Et pag. 363. col. 1. illa phraſis quadrat in adjutorium ſine quo non, quod ait Auguſtinus eſſe in poteſtate arbitrii: eo enim arbitrium pro ſuo libito, dominantis more, utitur, vel non utitur, ita ut operatio ſecuta libero arbitrio tribuatur, quemadmodum nos multis antea diximus. Habes pleniffimam Macedi cum Noriſio conſonantiam.

P A R A L L E L I S T A.

Quoad ſecundum. Quod ſemper præſtò erat Adamo.

Janſenius libr. 2. de Grat. primi hominis cap. 13. pag. 58.

ſ. Hoc ergo. Non deſuturum cum opportunitas exercendarum actionum poſtulabat. Et iterum. Do-

Noris ibid. pag. 42. lin. 29. col. 1.

Illud adjutorium ſemper præſtò erat Adamo. Et rurſum ibid. Hinc factum eſt, ut Adamus gratiam illam habuerit, pro omnibus, & ſingulis momentis ſibi inhereret.

Adversus Germanitates Janf. & Noris. 65

Cet Augustinus istud adjutorium Angelis, & hominibus ante lapsum nullo modo deesse potuisse.

hærentem. Et: Cum ex inhaerente divino, eoque jugi adjutorio, in quolibet momento potuisset Adam legem implere.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hoc quadrat, inquit, in Adjutorium Gratiae Adami sine quo Adamus perseverare non posset. At si nollet accipere, non perseveraret. Nam illa gratia erat IN MANU Adami posita, ejus nutui intenta: PRÆ-

STO ERAT, si vellet uti: non incitabat, nec traheret voluntatem, ADERAT, offerebat se, & expectabat placitum voluntatis. Tomo 2. Collat. 7. differ. 3. lect. 1. pag. 341. col. 2.

PARALLELISTA.

Quoad Tertium. Quod Adam non indigerit oratione ad servanda præcepta.

Jansenius lib. 3. de Grat. Christi Salvat. cap. 4. pag. 104. col. 2.

Indè est, quod Augustinus quando Adamo stantiale Adjutorium adesse statuebat, etiam orationes pro faciendi potestate, & actione subtraxit. Quæ illi abundantia erat quando constitutus est Homo in Paradiso, quando nihil illi deerat, quando Deo fruebatur; & inferius: In Paradiso non clamabas tanquam indigus: sed laudabas, non gemebas, sed fruebaris, & quidni clamabat primus Homo? Nempe ne quando non deerat illa gratia sufficiens, in illara incideret stultitiam, quâ oraret, ut haberet, aut faceret quod jam habebat in potestate.

Ita Jansenius abusus auctoritate Augustini.

RESPONSIO P. MACEDI.

Angelos bonos, inquit, fuisse amplius adjutos EXTERNÆ PROTECTIONE DEI, ne scilicet tentarentur tam graviter, ut ceteri, & ut in sanctâ semel susceptâ cogitatione perseverarent, nullâ diversione ad rationes descendendi, quæ aliis Angelis occurrebant, admittendâ, & similibus manutentiis: non autem per majorem intrinsecam virtutem adjutorii Gratia trahentis, & promoventis arbitrium, quod EA NON INDIGEBAT ad persistendum, ubi nihil, ut cum Augustino dicam concupiscentialiter resistebat. Itaque si Angelus, & Adam non indigebant majori virtute gratiæ intrinsecæ, cur eandem orando optassent impetrare? nam scribit Sanctus Augustinus lib. 2. de Pec. mer. cap. 6. Quis autem optat quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adjumento? Hæc tradit Noris pag. 42. lin. 13. col. 2. de Adamo innocente 2 Etenim vanum fuisset novas vires petere in tantâ non peccandi facilitate, ut loquitur Sanctus Pater cap. 12. Poterat tamen Deum orare, ut tentatorem procul arceret, ne ad malum pelliceretur, vel cadendi periculo vicinus fieret. Quare eadem omnino dicit cum Macedo, quia Angelus, vel Adam id tantum poterant petere, quo Angeli boni amplius adjuti steterunt, quod extrinsecâ tantum fuit protectio, non autem major virtus intrinsecæ gratiæ, ut ait Macedus, vel novæ vires, ut inquit Noris; cum majores vires intrinsecæ sint effectus ma-

Noris in Vind. cap. 3. S. 6. pag. 42. lin. 12. col. 1.

Adam, inquit, habuit auxilium sufficiens proxime ad observationem cujuscumque præcepti in omnibus, & singulis occasionibus & instantibus. Et infra. Hinc factum est cum Adamus gratiam illam habuerit pro omnibus, & singulis momentis sibi inhaerentem, non indiguerit oratione ad observandum ullum præceptum. Et iterum post pauca, Cum ex inhaerente divino, eoque jugi adjutorio Adam in quolibet momento temporis potuisset legem implere, frustra orasset Deum, ut vires sibi ad mandata facienda ministraret.

Ita Henricus Noris Jansenio consentiens.

P. MACEDI.

Joris gratiæ intrinsecæ. Idem Macedus lib. 3. de Clavibus cap. 3. pag. 171. ait: Qui consequenter dicere debent nec sufficientia, nec efficacia auxilia petenda esse à Deo; cum sufficientia semper adsint, & efficacia sunt in potestate operantis, cum ab illius consensu desumantur. Quare si adjutorium sine quo non, quod idem est ac auxilium sufficiens, ex recitatis Macedi sententiis pressè erat Adamo, & ejusdem efficacia à potestate voluntatis pendebat, consequenter dicere debet Adamo nec sufficientia, nec efficacia auxilia petenda fuisse à Deo. Hanc eandem sententiam defendit P. Carolus ab Assumptione Carmelita Excalceatus opusc. 3. de Attritione cap. 4. num. 55. pag. 388. cujus sanè viri acutissimi liber Romæ examinatus, immunis à censurâ evasit anno 1674. in professo S. Thomæ Aquinatis. Quæ consultò adnotavi, ut pateat, Parallelistam factis importunè novam contra memoratam sententiam accusationem apud eosdem judices restaurare. Est Sancti Augustini dogma certissimum lib. 6. Oper. imperf. cap. 15. Undè, inquit, & Apostolus dicit: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali; Quod si ita esset in potestate, quomodo fuit ante peccatum, priusquam esset natura humana vitiata, NON utique POSCERETUR ORANDO, sed agendo potius teneretur. Hæc disertissima verba nullum planè violentæ interpretationis fucum admittunt.

GERMANITAS III.

Circâ Concupiscentiam.

Ambo concordant disputando contra communem Scholasticorum sententiam de intrinseco concupiscentiæ malo, ut contradicant Juliano Pelagiano affirmanti, concupiscentiam naturaliter esse bonam, & proprietatem naturæ.

Jansenius lib. 1. de Statu naturæ lapsæ cap. 18. pag. 104.

Verba, inquit, Augustini ita sonant, ac si concu-

Noris in Vind. pag. 14. lin. 16. col. 2.

Concupiscentia, inquit, est mala eo ipso, quod ad malum impellit; hæc enim est proprietas habitus vitiosi inclin-

presentia esset qualitas vitiosa quidem, sed tamen positiva. Et rursus: Sanctus Augustinus per consuetudinem nihil aliud nisi habitum intelligit, comparat enim consuetudini concupiscentiam. Et iterum pag. 106. col. 2. Instar consuetudinis, inquit, seu habitus acquisiti, & si non sit habitus qualitas illa, quæ nobis à natura inditur, in Adamo exorta est. Et rursus ibi in medio columnæ. Innata insperaque intimis visceribus concupiscentia pertinacissimè medullis hæret. Et cap. 23. pag. 111. col. 2. Nec mirandum est fieri animam ex illà mistione cum carne peccati, seu concupiscentiis terrenis infectà carnalem. Pergit Jansenius lib. de Gratiâ primi hominis cap. 3. pag. 36. inquit. loquens de cupiditate pomi vetiti ex Augustino contra Julianum, non fuisse ortam ex concupiscentiâ, sed antè actum voluntatis, quod ipsum dicit Noris adducto eodem testimonio Augustini ut neget, concupiscentiam ad naturam pertinere; Augustinus, inquit, semper omnem omnino appetitum cuiuscumque motum, qui quovis modo resisteret rectæ voluntati, ab illo statu (integræ naturæ) tollit. Et postea propè finem cap. agens de cupiditate pomi vetiti sic ait idem Jansenius. Hinc Augustinus de cupiditate cibi vetiti loquens, quam suspicabatur consideratione decoris pomi surrexisse Julianus; non itaque, inquit, ibi qualiscumque cupiditas qualicumque reluctata est voluntati; sed ei potius depravata servivit.

clinare ad malum. Pergit: Quare sicuti habitus vitiosus quò efficacius movet ad actus pravorum, majorem dicit intensionem suæ entitatis, ita etiam concupiscentia quò potentius excitat ad actus quoscumque inhonestos, majorem intensionem suæ actualitatis ostendit. Rursus. Vis concupiscentia impulsiva ad malum. Et ibi illam appellat: Quid vitiosum, & vituperabile. Prosequitur per omnia similis Jansenio etiam negando fore concupiscentiam in statu naturæ puræ, insciando, ullum motum concupiscentiæ antecessisse peccatum voluntatis, & utitur eodem testimonio Augustini, quo fuerat usus Jansenius. Ita Noris in Vind. pag. 15. lin. 42. col. 2. propè finem. Arguit Julianus; quia concupiscentia fuit antè peccatum: idè enim Adam peccavit, quòd appetitus sensitivus ejusdem vetitum fructum concupivit. Cui respondet ut Jansenius nomine Augustini. Augustinus, inquit, respondet negando in terrestri Paradiso actum concupiscentiæ præcessisse actum voluntatis comedendi pomum vetitum. Do ejusdem verba. Præcessit, inquit, mala voluntas, & secuta est mala concupiscentia, quæ cibo inbiaretur illicito; ac per hoc quamvis jam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, neque resistit voluntati. Concludit ibid. Concupiscentiam secundum suam essentiam esse malam, in sensu Manichæo; quod non audeat Jansenius, quamvis insinuet.

RESPONSIO P. MACEDI.

Negat Macedus, concupiscentiam esse proprietatem naturæ, asserens esse vitium appetitus sensitivi per peccatum originale depravati. In Collat. 8. tom. secundi differ. 1. sect. 2. pag. 405. col. 2. scribit. Illud ego observo, Pelagium & Julianum homines acutos vidisse, quod in se natura secundum se, & à Deo conditore, id malum esse non posse; hinc enim deducere soliti erant, concupiscentiam non esse malam, quòd naturalis esset, nec malam esse posse, cujus Deus auctor est, qui mali auctor esse non potest. Contra quos Augustinus acutius arguebat, concupiscentiam MALAM esse, quòd ad peccatum inclinât, id autem, quòd inclinât ad peccatum, natura effectum non esse, sed peccati penam, ejusque Deum auctorem esse non posse; esse igitur in homine peccatum originale, à quo concupiscentia esset. Idem ibidem ut probet, concupiscentiam carnalem, seu libidinem esse vitium, non proprietatem naturæ, Argumentor, inquit, secundo: quia vel ista libido est quid bonum, vel quid malum, vel quid indifferens ad utrumque: bonum esse nequit, nam hic erat error Juli ani dicentis, libidinem esse bonam, contra quem D. Augustinus toties tamque vehementer pugnavit ex Apostolo vocante illam malum & peccatum &c. Unde indifferens quidem esse potest, cum inclinât ex se ad peccatum, & peccati fomes sit, & effrenat à licentiâ feratur. Igitur MALUM EST, quanquam non sit peccatum. Igitur VITIUM naturæ EST contractum ex peccato, NON PROPRIETAS INNATA. Et addit col. 1. ejusdem pag. 405. Nec obiicias istam libidinem relictam ex amissione originalis justitiæ; nam præcisè non inde oritur, cum prius sit transmitti semen, & generari hominem, quam prius justitiâ; ac ista libido transit cum semine, & per illud traducitur; igitur non sequitur ex amissione justitiæ sed est immediatè ex infectione naturæ &c. Lege eundem Collat. 8. differ. 3. sect. 5. pag. 447. Quod adducit Parallelista de concupiscentiâ Adæ ergà pomum vetitum superius ad

Germanitatem II. excussum fuit. Quod addit, Norisum posuisse concupiscentiam malam in sensu Manichæo, ridiculum est; nam ibidem pag. 15. in fine ex Sancto Augustino probat, concupiscentiam esse bonum pecudis, vitium verò hominis. Hæc scribit pag. 34. Concupiscentiam in pecude esse perfectionem, quia est conformis ejusdem naturæ, nec repugnat spiritui in brutis. In homine autem dicit defectum, vitium, ac corruptionem naturæ. At Manichæi dicebant, concupiscentiam esse naturam, & substantiam malam tum in brutis, tum in homine. Noris dicit, concupiscentiam esse habitum vitiosum, qui accidens est, non substantia; esse illam malam secundum suam essentiam homini, non pecudi; sicut calor secundum suam essentiam est quid malum respectu aquæ; quia secundum suam prædicat essentialia est destructivum naturalis perfectionis aquæ. Ita habitus vitiosus secundum suam essentiam est malus, quia definitur per hoc, quod est esse inclinans ad malum actuale.

Quod verò Parallelista præmittit: nempe Norisii sententiam esse contra communem Scholasticorum opinionem, si antiquos intelligat, falsum est; nam plurimi veteres Parisiensis Scholæ Doctores dixerunt, concupiscentiam consistere in quadam morbida qualitate ex peccato originali in posterum derivatâ, nec ullo pacto eandem esse naturæ proprietatem. Vaquez 1. 2. disp. 132. cap. 4. fatetur per multos Scholasticos in eâ sententiâ fuisse, ac plures ibidem appellat Noris sententiam & fusè, & eruditè defendit in Synodo Tridentinâ Cardinalis Seripandus, teste Card. Pallavicino lib. 7. Hist. Synodi Trident. cap. 9. num. 4. quo loci verborum Seripandi summarium recitat. Hæc tantum exscribam: Secondo Agostino essere la concupiscenza NON PROPRIETÀ della natura, come dâ molti supponevasi, ma corruzione, e ribellione di natura. Et sanè Card. Bellarminus lib. 5. de Amisgrat. cap. 12. testatur affirmari à Augustino concupi-

Adversus Germanitates Jans. & Noris. 67

scientiam non tantum esse peccatam, sed esse etiam in se, & absolute MALAM, quia est quid immoderatum, & vitiosum, quamvis non habeat propriam culpae rationem, cum non in voluntate, sed in carne sedem habeat. Eandem sententiam etiam defendit Estius 2. distin. 30. à §. 10. & quidem latissime, & ex Recentioribus Jesuitis Joannes Bagocius, & Michael Elizalda, quos Norisius in Vindiciis laudat. Accessit nuper P. Contonfonus insignis Thomista disert. 1. de Grat. cap. 1. specul. 2. Ceterum cum dixit Bellarminus, concupiscentiam esse in se & absolute malam, perinde

est ac si dixisset, secundum suam essentiam esse malam, uti Norisius scripsit. Quis vero nisi furiosus ac demens, sensum Manichæum Bellarmini dictis impingat? In hoc miserè hallucinatur Parallelista, quod illa verba, secundum essentiam, intelligit secundum substantiam, quæ interpretatio maligna, aut certè inepta est. Nam essentia dicitur tum de substantia, tum de accidente, cum sit denominatio orta ab ente, quod est transcendens; imò ipsæ privationes habent suam essentiam, cum definiantur: desuavit enim est oratio explicans essentiam rei.

GERMANITAS IV.

Circà hypothesim Manichæorum de concupiscentiâ secundum essentiam suam malâ, quam Noris affirmat, admisisse Sanctum Augustinum gratiâ disputandi.

Jansenius, & Noris, proposito ex adverso contra suam opinionem loco August. ex lib. 1. Retract. & lib. 3. de lib. arb. Quamvis ignorantia, & difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus.

Jansenius ita respondet lib. 3. de Statu pur. nat. cap. 20. pag. 399. col. 2.

Perpicuum est, Augustinum refellisse Manichæos ex hypothesi ad hominem, eaque falsâ, & impossibili, sed quæ sufficeret ad eorum insanias revincendas. Et paulò infra pag. 400. col. 1.

Hypothesis itaque impossibilis est, ut ignorantia, & mala libidinum diversarum desideria sint naturalia, & homini à Deo conditorè primitivè data. Ex quo tamen rectè sequitur eis licitè posse consentiri. Et rursùm.

Ex quo rectè consequenter sequitur: quicquid illâ ignorantia, ac desiderii naturalibus appetitur, sine ullo peccato in purâ naturâ posse perpetrari. Et postea.

Ex quâ denique hypothesi similiter rectè sequitur, Deum in istis naturæ primordiis adhuc laudandum; Dei naturam non esse mixtam cum gente tenebrarum, Deum à Creaturæ sic conditæ peccatis esse remotissimum, quæ Aug. contra Manichæos in istâ suppositione spectabat. Si enim tunc in hypothesi peccat creatura, laudemus Creatorem, quia non peccat, nisi dum ab instituto sui Creatoris abscedit: Si verò non peccat, laudemus Creatorem, quia nihil præter Creatoris instituta committit.

Noris in Vind. August. cap. 3. §. 2. pag. 15. lin. 47. col. 1.

Opponunt, Augustinum lib. 1. Retract. cap. 9. dixisse: Quamvis ignorantia, & difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esse Deus. Ergo, inquit, ex Augustino laudandus esset Deus, tametsi hominem creasset absque perfectâ concupiscentiâ subiectione. In hoc uno tam claro Augustini, ut ajunt, testimonio sibi victoriam canunt, cum tamen Sanctus Doctor innumeris locis oppositum asseruerit, nec ibidem, ut ipsi perperam arbitrantur, ipsorum sententiam docuerit. Etenim Sanctus Doctor eo loco contra Manichæos disputabat, qui dicebant, Concupiscentiam esse malam quandam naturam, & omnium malorum productivam commentabantur. Augustinus, ut eosdem refelleret, hypothesim utramque gratiâ disputationis admisit; nempe hominem cum concupiscentiâ creatum, & sine istâ nequaquam creari potuisse; urgebat verò hæreticos etiam tunc Deum fore laudandum: nam nulla culpa Dei fuisset facere quod fieri non poterat. Lege (nam est mendum) aliter fieri non poterat.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc tradit tom. 2. Collat. 8. differ. 4. sect. 3. pag. 464. col. 3. Animadvertit tamen Augustinus lib. 1. Retract. cap. 9. se libros illos adversus Manichæos scripsisse: & iis abuti contra doctrinam à se traditam de gratiâ Pelagianos, & ad finem capitis sic. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex justâ damnatione Dei descendere negantes originale peccatum: quamvis ignorantia & difficultas, etiamsi essent primordia hominis naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus. In hac ergo suppositione procedit Augustinus, unde addit: Sicut in eodem tertio libro disputavimus. Quæ disputatio, inquit, contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas veteris testamenti, quibus peccatum originale narratur, & quicquid in literis Apostolicis legitur, detestabili impudentiâ immisum fuisse contendunt à corruptoribus Scripturarum, tanquam non fuerit ab Apo-

stolis dictum. Itaque perspicuè dicit Augustinus, se non loqui ex sensu scripturarum admissio peccato originali, neque de præniis illius, sed secundum naturam ipsam QUOMODO loquebantur MANICHÆI, ut eos EX SUIS impugnet PRINCIPIS. Hæc Macedus, quo teste Sanctus Augustinus juxta hypothesim, seu principia Manichæorum loquutus est, ut eos ad hominem, ut inquit, confutaret. Ceterum Parallelista insigniter imponit, dum scribit, Norisium dixisse Sanctum Augustinum gratiâ disputandi admisisse hypothesim de concupiscentiâ malâ. Hæc sunt verba Noris pag. 15. v. 63. col. 1. Augustinus ut Manichæos refelleret, hypothesim utramque gratiâ disputationis admisit; nempe hominem cum concupiscentiâ creatum, & sine istâ nequaquam creari potuisse. Audin quæ fuerit duplex illa hypothesi ab Augustino gratiâ disputationis admisa? At concupiscentia mala non fuit

una

una ejusmodi hypothesium; nam Sanctus Doctor in eo se cum Manichæis convenire ingenue, imò Catholicè fatebatur. Non est opus hujus veritatis alios ab Augustino testes appellare. Audiatur lib. 5. contra Julianum Oper. imperf. cap. 30. ubi cum Julianus parallelum objecisset inter Manichæum dicentem, concupiscentiam carnis esse diabolicam, & Augustinum eam vocantem fructum Diaboli, ac legem peccati, sic responsionem exorditur: *Namquid propterea dicere non debemus, quòd bonus Deus fecerit mundum, quia etiam hoc dicit Manichæus? Sed cum queritur, unde fecerit, ibi discernimur.* Et cum plures eam in rem instantias adduxisset, in eo, inquit, quod *SIMUL DICIMUS, MALAM ESSE CON- CUPISCENTIAM carnis, quæ caro concupiscit adversus spiritum; cum queritur unde hoc sit MALUM, discretissimè reperimus. Nos enim cum Ambrosio dicimus: hanc scdam discordiam carnis & spiritus per prævaricationem primi hominis in nostram vertisse naturam. Ille autem cum suis dicit, ut invicem adversentur caro & spiritus, alienam nobis, quæ semper mala fuit, adhasisse naturam; unde nos poscimus Sabbathorem, ut HOC VITIUM nostrum sanetur; ille verò ut à nobis aliena natura, quæ sanari omnino non potest, auferatur. Etiam hic cur non attendis in eo, quòd carnis concupiscentiam spiritui resistentem SIMUL MALAM DICIMUS, quantà dissimilitudine separemur? Cur non attendis nec nos esse Manichæos, qui cum eis aliqua dicimus, & vos esse hæreticos, quoniam CVM EIS illa non dicitis? Et librum sextum, quem morti proximus exarabat, hac sententiâ concludit: *Nec videtis tamen, neque nos à vobis ideo dici debere Manichæos, quia malum esse concupiscentiam, ET ILLI ET NOS DICIMUS.* Ex his patet, Sanctum Doctorem non admisisse gratiâ disputationis cum Manichæis concupiscentiam esse malam, sed eo in dogmate cum eisdem convenisse, à quo Pelagianos, quòd bonam illam affirmabant, dissentientes hæreticos esse dixit, quoniam cum Manichæis illa non dicerent. Omnia paucis perstringo. Duplex hypothesi statui potest; Prima: hominem initio creatum fuisse cum concupiscentiâ. Altera: hanc concupiscentiam fuisse bo-*

nam, utpotè proprietatem naturæ humanæ. Utramque hypothesim Pelagiani admittebant, totusque in utraque propugnandâ Julianus in suis contra Sanctum Augustinum libris versatur. Manichæi primam tantum hypothesim adstruebant; alteram inficiabantur, asserentes concupiscentiam esse malam, ac proinde non potuisse esse à Deo bono, sed fuisse opus Principis tenebrarum. At Augustinus primam hypothesim scribens contra Manichæos, gratiâ disputationis admisit; in alterâ verò, quòd rectum dogma erat, cum eisdem convenit, neque uspiam bonam dixit concupiscentiam. Libro 3. de lib. arb. cap. 20. ait: *Non enim mediocria bona sunt, quòd anima facultatem habeat, ut adjuvante Creatore, se ipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere & capere virtutes, per quas & à DIFFICULTATE CRUCIANTIS, & ab ignorantia cecante liberetur.* Quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia, & difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio, & perfectionis exordium, &c. Quis autem dicat, difficultatem cruciantem, quò nomine concupiscentia ab Augustino intelligitur, ac ignorantiam cecantem esse bona, non verò mala, ac defectus naturæ bonæ? Idem S. Doctor cap. 22. Ignorantia verò, & difficultas, si naturalis est, imò incipit anima proficere... Non enim quòd naturaliter nescit, & naturaliter non potest, hoc animæ deputatur in reatum; sed quòd scire non sinit, & quòd dignam facultati comparandæ ad rectè faciendum operam non dedit. Itaque ignorantia, ac difficultas, sunt privationes bonorum, ad quæ Deo auxiliante, homo pervenire potest; omnis autem privatio boni mala est. Ergo nusquam eo loci disputans Augustinus contra Manichæos, concupiscentiam bonam appellavit, sed eodem modo ac de ignorantia, de eadem semper loquutus est, & utramque unâ semper lineâ conjunxit; quamvis postea de quidditate, ac causâ malæ concupiscentiæ juxta Catholicam doctrinam cum iisdem hæreticis summâ cum laude conflixerit, probans, eandem non esse naturam, nec à Principe tenebrarum homini insertam; admittens disputationis gratiâ, sine illâ hominem non potuisse creari.

GERMANITAS V.

Nata ex objectione censuræ Pontificiæ super propositione Baii: Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur.

Jansenius lib. 3. de Statu nat. pur. cap. 22. pag. 402.

Sapere est objectio, quæ ex Bullâ duorum Pontificum sumitur; nam ibi damnatur iste articulus. Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. Et infra.

Propositio, quæ obijcitur, necessarium habet interpretationis beneficium. Si quis enim quemadmodum sonat, accipiendam velit, profectò peccatorem hominem ab initio Deus creare potuisset, talis enim nunc, nemine catholico dubitante, nascitur, scilicet in originali peccato. Postea.

Ecclesia cum cerneret hanc propositionem; Deus ab initio talem potuit creare hominem, qualis nunc nascitur: communi Scholasticorum consensu certo sensu in scholis receptam esse, ne contraria lites, offensiones & scandala suâ novitate generaret, eam tantisper vetandam censuit; non tanquam falsam, sed ut pacis inimicam. Quæ conciliandi ratio eò videtur esse genuinior, quòd duobus modis Bullæ con-

Notis in Vind. cap. 3. §. 2. pag. 16. lin. 18. col. 2.

Unum ob stare videtur, quòd accerrimè urgent Recentiores. Etenim damnata est hæc propositio Baii: Deus non potuisset ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. Et infra. De iis, inquit, propositionibus Baii variè sentiunt Theologi.

Et postea pag. 17. lin. 48. col. 1. Thesis illa Baii: hominem non potuisse à Deo produci, qualis modò nascitur, juxta amplam ejusdem expressionem vera est. Quis enim dixerit, Deum posse condere hominem cum peccato originali, cum quo modò nascitur?

Pag. 16. lin. 44. col. 2. Cum Bajus Pelagianæ hæreseos incusaret asserentes, hominem talem potuisse à Deo creari, qualis modò nascitur, hinc ob infamiam notam, quam oppositæ sententiæ Auctoribus inurebat, ejusdem propositio censura subiecta est. Et asserti testimonium Valquez, cui se conformat.

Damnatum tantum, ut scandalo & offendiculo patenter, & hæc ratione solim prohiberi.

Et con-

gruat. Nam & ad literam propositio ista censurâ stringitur, quatenus proscribit offensivas. Et iterum. Ne igitur Pontificiam Sedem in pugna secum relinquamus, nihil arbitror opportunius dici posse, quam Romanam Ecclesiam, cui non minus pax quam eruditio Filiorum suorum cordi est, prudenti Directoricis censuram edidisse. Et alibi lib. 4. de stat. nat. lap. cap. ult. pag. 276.

Egit Summorum Pontificum prudentia, ut altera pars sine præiudicio veritatis tantisper vetaretur, tanquam quæ vetusta quasi novitate nostri temporis Doctores vetustatis ejus inficios offenderet, scandaloque perturbaret. Præterea lib. 3. de statu nat. pu. cap. 23. pag. 404. initio.

Ad literam propositio ista censurâ stringitur, quatenus proscribit offensivas, & aliquâ ratione, ut verba sonant ad mentem auctoris defendi posse decernitur.

Et rursus lib. 4. de stat. nat. lap. cap. ult. pag. 272. affert testimonium Francisci Toleti.

Et concludit pag. 16. In fine col. 2. Merito ob censuram ejusdem Baii propositio ut scandalosa proscribita est.

Et iterum in vind. cap. 4. §. 5. pag. 57. lin. 50. col. 2. Ne videamur Recentiores Pontifices qui memoratam Thesum sepius proscripsere, cum antiquis decessoribus, cum ipsamet Ecclesiâ Catholicâ committere, pauca subjiciam.

Et cap. 3. §. 2. pag. 17. lin. 20. col. 1. Sciendum est, inquit, aliquas propositiones equivocas modo ab Ecclesiâ rejici, modo approbari. Insuper pag. 119.

Hæc prosequutus sum, ut ostenderem Summos Pontifices nullâ ratione suffragari damnatæ Baii propositioni.

Tandem pag. 16. lin. 41. col. 2. Hæc auctem confirmat (Vasquez) locupletissimo testimonio Cardinalis Francisci Toleti, qui in causâ Baii Lovanium ab Apostolicâ sede delegatus fuit.

Concludit pag. 16. lin. 64. col. 2. Propositiones Baii dicuntur damnari respectivè.

RESPONSIO P. MACEDI.

Cum tom. 2. Collat. 8. diff. 1. sect. 2. §. 2. pag. 406. nega set hominem à Deo per seipsum citrà humanam generationem de integro conditum, ex ratione suæ constitutionis cum eadem omnino fore libidine, quâ est homo conceptus & genitus à parentibus more humano per semen infectum &c. Statum §. 3. pag. 407. ita scribit: Si homo in statu naturæ lapsæ differt ab homine in statu naturæ puræ, ut non solum sit spoliatus donis gratuitis, sed etiam vulneratus in naturalibus, sequitur Deum non posse condere hominem in statu, in quo nunc est. Hæc autem est una ex propositionibus Baii damnatis à Pio V. & Gregorio XIII. ut patet ex ipsâ bullâ damnationis productâ à Suarez tom. 1. de Grat. Proleg. 6. cap. 2. in qua series propositionum Baii continetur, quarum LV. est: Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. Quod autem id sequitur &c. Paulò post ait: Huic argumento respondeo primò cum Vasquo, & Turriano, & Meratio, & Hauzer, meque auctore in Cortinâ quæst. singulari de necessitate gratiæ, & in Scrinio monit. ad calcem positâ, non omnes propositiones Baii damnatas esse; cum ipsa bulla dicat, nonnullas posse aliquo pacto sustineri, quarum certè una hæc est: & quidem si solitariè sumatur, & seorsim consideretur, certè omnino, & tuta est. Quid enim, quæso verius & ad fidem congruentius, quam dicere Deum non potuisse hominem creare in statu peccati originalis, in quo nunc nascitur? . . . Igitur ista propositio absolutè non damnatur. Secundo: Respondeo dato damnari illam, ut vult Suarez, in eâ serie contentam, nihil inde sequi contrâ nostram sententiam, nam ea solum damnatur, ut inquit bulla, in rigore & proprio verborum sensu ab assertore intento, idest, non solitaria, sed coniuncta, comæque cum aliis, & uti cum illis consentiens; atque hoc modo continet per versam doctrinam; nam ex propositionibus 22. & 27. ejusdem Baii in eadem bullâ relatis, constat illum sensisse integritatem & justitiam originalem non fuisse donum Dei, sed conditionem naturæ, quod sanè hæresim continet &c. Idem Macedus in calce Scrinii pag. 253. ait: Quomodo igitur illæ

primæ quatuor propositiones damnantur in Bullâ, cum Augustini & gravissimorum Doctorum, imò & Patrum Societatis sint? Respondeat pro me Vasquez & Toletus ab eo relatus, quos duos magni facere auctores solco: iisque omnino subscribo. Hæc ille.

Quod scribit Parallelista Norisium dixisse illam propositionem damnatam TANTUM, ut scandalo & offenculo patentiem, & hac ratione SOLUM prohiberi, est pura puta impostura; nam cum dixisset pag. 16. lin. 62. col. 2. merito ob censuram ejusdem propositio damnata est, statim addit: Propositio illa 55. damnatur respectivè ad propositionem 27. quæ est: Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. Quasi subiectio concupiscentiæ non fuerit ex dono Creatoris, sed ex exigentiâ humanæ substantiæ, tanquam propria passio ejusdem, QUOD FALSUM EST. Itaque damnata est propositio non tantum uti scandalosa ob censuram, verum etiam ob errorem quem continet; nempe prout est connexa cum propositione 27. quæ ipsissima est P. Macedi responsio. Hinc disertè scribit Noris pag. 17. lin. 35. col. 1. quare propositio illa Baii NON SOLUM ob censuram damnata est, verum etiam quod Hæreticorum recentium errori à Tridentinis Patribus damnato, concineret. Quâ ergo fronte audet Parallelista in epistolâ nuncupatoriâ Christum Dominum his compellere: Scis meam in citando fidem, & in referendo sinceritatem, cum tam insigniter mentiatur, ea fingens Norisium scripsisse, quorum oppositum tam manifestè ac luculenter asseruit? Janfenius certè erravit, dum eandem propositionem in eodem Bajano sensu acceptam, defendit, quod id temporis, dum scriberet Bajus, offenculo pateret, à quo postea in communis evaferit. Vide ne Norisii à Janfenio discrepantiam, ejusdemque cum Macedo conformitatem? Legatur P. Contensonus nuperum Thomisticæ Scholæ ornamentum tom. 5. dissert. 2. de Grat. cap. 1. spec. 2. à pag. 193. usque ad 200.

Responſa P. Macedi

GERMANITAS VI.

Circà contractionem peccati originalis.

Jansenius lib. 1. de Statu nat. lapsæ cap. 6. pag. 86. col. 1. sic ait.

Augustini ſententiam indubitam eſſe comperio, quòd peccatum originale non aliter ex homine primo ad poſteros propagatum ſit, nec verò aliter propagari ullo poſſit modo, niſi per libidinem, ſeu carnis concupiſcentiam, quod certiffimum eſt. Iterum cap. 7. pag. 87. Natura, inquit, ita profundè vitiatà eſt, ut ſervato naturali ordine non poſſit ſine vitio tenaciſſimè ſibi cohærente propagari, neppè concupiſcentià carnis, cujus infectione, & contagio peccatum in prolem generando traicitur. Præterea: Auguſtinus apertè docet, ſi filii ex Adam ſolà ſpiritali voluntate gignerentur, nullum ex eis delictum eſſe tracturos: deſſet quippè cauſa, per quam ex parente in prolem traici poſſet. Tandem: Clare indicat (Auguſtinus) ſi ſpiritali tantum voluntate feminaretur omni reatu natiendo cariturum,

In ſenſu Janſenii loquitur Noris dicens: Si anima corpori nequaquam per virtutem ſeminalem ex Adamo traducto infunderetur, non contraheret peccatum originale. Nam ly per virtutem ſeminalem ſignificat cum concupiſcentià, uti apparet ex antecedentibus, & conſequentibus, undè diſtinctè poſuit per concupiſcentiam carnalem, quod omninò eſt idem, quod dixit Janſenius, ſolà voluntate ſpiritali, id eſt, ſine carnali concupiſcentià. Quare uterque dixit: Niſi interveniret concupiſcentia carnalis, non eſſe contrahendum peccatum Originale.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc ſcribit tom. 2. Collat. 8. differ. 3. ſect. 5. pag. 446. in fine: Undè jam apparet via, & tradux peccati, quæ eſt ipſa concupiſcentia, ratione cujus peccatum formale tranſit ad animam, in quâ ſolà eſt peccatum formale. Ac ita conſtat illud peccatum eſſe naturæ, non quòd natura ex ſe peccare poſſit, ſed quòd ex ipſiſmet principiis naturæ generantis & genitæ CONCUPIſCENTIA INVOLUTIS ET VITIATIS, oriatur illa ratio formalis peccati, quod eſt in animâ rationali. Poſtea pag. 448. col. 1. Cum igitur, inquit, concupiſcentia non ſit peccatum, & peccatum tamen à Paulo & Auguſtino appelletur, debet ſumi pro materiali, ut ajunt Theologi, peccati, ſive traduce & quaſi vehiculo peccati: nam ſi ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, & dum eſt conjuncta cum peccato, illius veluti continens vas eſt, omninò ſequitur ESSE TRADUCEM ET VEHICULUM peccati, quod certè generatione traducitur, & ideo peccatum naturæ dicitur, non quòd ſit à naturâ, ſed A VITIO INVOLUTO NATURE. Hujusce rei idoneum argumentum eſt, quòd quem prorsus expertem originalis culpæ credimus Chriſtum, cum fomite concupiſcentiæ omnino caruiſſe fateamur, & quàm maximè volumus ob originali labe immunem B. Virginem ejus matrem, ab eâ etiam fomitem iſtum peccati in actu ſaltem ſecundo removemus; quòd ſanè: QUIEO CAREAT peccato, ET TRADUCE ET VEHICULO ejusdem CARERE DEBEAT. Itaque INTERCLUDITUR VIA AD TERMINUM, SUBLATA CONCUPIſCENTIA. Potuitne clariuſ aſſeri, vel probari à Macedo hæc propoſitio: Niſi interveniret concupiſcentia carnalis, non eſſe contrahendum peccatum originale, quam Paralleliſta Chriſto Deo per ſuam Eccleſiam damnandam exhibuit?

Noris in Vind. Auguſt. pag. 38. lin. 56. col. 1.

Intantum peccatum traducit in corpus (virtus ſeminalis) inquantum in corpus ex Adamo per concupiſcentiam carnalem propagatum immittitur. Rurſum ibid. Confirmatur noſtra ſententia, quia ſi caro per concupiſcentiam genita, eſt cauſa, cur anima peccato inficiatur, & ex conſequenti pœnam ſubeat, ipſa caro, quæ vehiculum peccati fuit, neutiquam debet eſſe à quacumque pœnâ immunis. Addit inſuper: Corpus per traducem ab Adamo derivatur; hinc ſi anima à Deo creata infunderetur corpori, nequaquam per virtutem ſeminalem ex Adamo traducto, illa non contraheret peccatum originale; quare in tantum peccatum traducit, in quantum in corpus ex Adamo per concupiſcentiam carnalem propagatum immittitur.

Notanda etiam hic eſt inſignis Paralleliſtæ impoſitura, qui ſententiam Noriſi non ſine dolo in alienum ſenſum, parentheſi inſertit, detorſit, quo Janſenianis dictis conformem venditaret. Hæc ſcribit Noris paginâ illâ 38. lin. 53. col. 1. Hinc ſi anima à Deo creata infunderetur corpori, nequaquam per virtutem ſeminalem ex Adamo traducto, illa non contraheret peccatum originale; quare intantum peccatum traducit, inquantum in corpus ex Adamo per concupiſcentiam carnalem propagatum immittitur. Quæ ſanè omnium Theologorum ſententia eſt inam ſi anima infunderetur corpori à Deo, vel Angelo producto, illa non contraheret peccatum originale; quia hoc inficit tantum poſteros Adami, quos inter homo ſic productus non cenſeretur, neque quòd animam attinet, neque ſecundum corpus, ratione cujus tantum nos dicimur ab Adamo deſcendere. Diſertè Synodus Tridentina ſeſſ. 6. cap. 3. inquit: Nam ſicut reperâ homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur injuſti, &c. At Paralleliſta ita propoſitionem Noriſi recitat: Intantum peccatum traducit in corpus (virtus ſeminalis) inquantum in corpus ex Adamo per concupiſcentiam carnalem immittitur. Cum Noris non dicat ſeminalem virtutem traducere peccatum; ſed animam traducere ad ſe peccatum, inquantum in corpus ex Adamo per concupiſcentiam carnalem propagatum immittitur. Et quidem inepta eſt propoſitio Noriſi ab adverſario aſſerta; nam virtus ſeminalis non immittitur in corpus ex Adamo propagatum, ſed ipſamet virtus ſeminalis eſt cauſa corporis ex Adamo propagandi in utero matris; quâ ergo ratione immittitur in corpus, quòd nondum exiſtit, ſed per ipſam poſtea exiſtet? Hæcine eſt in citando fides & in referendo ſinceritas?

GER-

GERMANITAS VII.

Circà pœnas infantium decedentium in peccato Originali.

Janfenius li. 2. de Statu naturæ lap. c. 25. in fine p. 175. De pœnis verò parvulorum post hanc vitam penè superfluum est novum laborem suscipere. Jam enim antè paucos annos Illustrissimus juxta, atque eruditissimus Vir Domitus Florentius Conrius Archiepiscopus Thuamensis opusculo hac de re scripto postquam accuratè demonstravit, parvulos absquè baptismo ex hac vitâ decedentes pœnis non tantum dampni, sed sensibilibus, & quidè æterni ignis secundum Sancti Augustini doctrinam plecti.

Ibidem idem Janfenius pungit Scholasticos contra sentientes, & de Florentio Conrio eos ob id reprehendentes sic ait. Rectissimè Conrius ostendit, quòd in istâ controversiâ præcipuum, ac medulla est, longè ab Augustini, & fortasse Ecclesiæ, quæ Pelagianos juxta ejus principia damnavit, mente recessisse Scholasticos, qui parvulus sine baptismo morientibus vel beatitudinem naturalem, vel immunitatem à sensibilibus ignis æterni pœnis tribuunt. Hæc Janfenius propriis verbis.

Conrius in suo Opere cap. 24. ponit hunc titulum. Disputatur fusè: an sententia de beatitudine naturali parvulorum adversetur fortè Evangelio, & utrùm vehementi suspitione Pelagianismi forsan laborare videatur. Et postquam multis fundamentis probavit adversari Evangelium, concludit. Videant (Scholastici) an hæc sententia de beatitudine naturali parvulorum obnoxia fortè sit vehementi suspitioni Pelagianismi. Cæterum latissimè probat, Parvulos puniti pœnâ ignis infernalis.

RESPONSIO P. MACEDI.

Ità censet tom. 2. Collat. 8. diff. 4. sect. 3. pag. 464. col. 2. Sic expositâ Augustini sententiâ, non video quòd displicere ea nostris Scholasticis possit, cum nec ignis manifestam contineat pœnam, nec ut consineret, ideo taxanda sit: cum Patres habeat auctores, nec desint ex aliis qui sequantur. Itaque **NEC ERROREM** opinor, **NEC TEMERITATEM** olet, cum **EXPRESSE** habeatur cap. 3. de consecratione d. 3. ubi dicitur sempiterno igne puniendos. Eamque vir ex hujus ætatis doctissimus Cardin. P. Ilavicius minimè taxet, &c. Idem pag. 462. col. 1. At verò Catharinus, & sequaces meliores Catholicos, quàm Pelagius, & sectatores sunt, dum fatentur peccatum originale; verùm deteriores eo Philosophi sunt, dum ajunt eos peccatores, quâ nulla major miseria esse potest, fore tamen eadè, **QUAM PONEBAT PELAGIUS**, beatitate beatos. Itaque teste Macedo, sententia de sensibili infantium pœnâ non est erroris, aut temeritatis taxanda, cum Patres habeat auctores; opinio verò Catharini, & qui eum sequuntur, Scho-

Noris ita scribit in Vind. pag. 33. lin. 37. col. 2.

Ubi cum laudasset plurimos auctores pro hac sententiâ: Quorum omnium, inquit, studia vicit Florentius Conrius Archiepiscopus Thuamensis integro pro Sancti Augustini assertione volumine evulgato, in quo fusissimè ex sacris litteris, & Augustino sensibiles infantium pœnas demonstravit. Idem verò Noris pag. 24. lin. 33. col. 2. sic ait. Augustinus solidis argumentis probavit, infantes sine baptismo defunctos mitti in gehennam ignis.

Præterea pag. eadè in fine col. 1. Ego quidè, inquit, rem gratam me facturum arbitror, si ostendero Scholasticorum plerosque in opiniones quasdam de infantium pœnis descendisse, quæ Pontificum Romanorum, & Synodorum, ac Patrum statutis planè adversantur.

Iterum pag. 33. lin. 35. col. 1. Hæc itaque antiquæ Ecclesiæ, ac Sanctis Patribus de infantium pœnis sententia stetit, donec novæ opiniones à Scholasticis procuratæ sunt, qui si in Patrum voluminibus tantum studii, ac laboris posuissent, quantum Aristoteli explicando impendere, profectò Sancti Augustini sententiâ non obduxissent, neque eorum plerique Pelagianorum opinionem, quod naturalem beatitudinem attinet, hominum mentibus iam altè infixissent. Hanc opinionem quorundam Scholasticorum sæpè, & acerbè in eo tractu Noris reprehendit.

Idem pag. 35. lin. 38. col. 2. Palam fiet, inquit, Scholasticos Doctores quàm propius ad Pelagianorum paradoxam accessisse, & pag. 28. col. 2. in fine. Scholastici, in quibusdam cum Pelagianis convenere.

lasticorum illam eisdem beatitatem promittit, quam ponebat Pelagius. Rursus idem Scriptor pag. 463. col. 1. hæc habet: Circà primam dico: Patres proximè citatos, & auctorem illum Hypognosicon omnino sensisse: hos pueros cum damnatis in die judicii ad sinistram, & in loco gehennæ cum ceteris damnatis fore. Inò & hoc decerni à Concilio Florentino ultimâ sessione, &c. Quare rectè dixit Noris, illos Scholasticos, qui negant pueros futuros in sinistra in die judicii, & postea in gehennâ, in opiniones descendisse, quæ Patrum statutis planè adversantur. Eos pueros futuros in sinistra disertè tradit contra Pelagianos Sanctus Gelasius Papa Epist. 7. ad Episcopos Piceni, cujus verba Noris laudat. Ceterum Noris pag. illâ 28. col. 2. in fine non scripsit: Scholastici in quibusdam cum Pelagianis convenere, sed plerosque dixit. Certè nullus antè Norisium tot Patrum testimoniis eam sententiam comprobavit. Legatur caput 3. Vind. à paginâ 24. usquè ad 41.

GERMANITAS VIII.

Circà Doctrinam de lege, & præceptis.

Janfenius lib. 3. de Grat. Christi Salvatoris c. 4.

Hæc igitur vera, & genuina ratio, cur Augustinus semper Christi gratiam opponat legi, atque doctrinæ, quarum ista solam prævaricationem afferat, quia lex per legem à nemine impleta est, aut impleri potest. Et cap. 5. initio. Creberrimè docet Augustinus legem, præcepta, doctrinam sine gratiâ non tantum

Henricus Noris in Vind. pag. 41. lin. 3. col. 2.

Augustinus, inquit, quòd Pelagianam Hæresim à fundamentis everteret, ex sacris litteris, & subtilissimarum rationum momentis ostendit legem non modò non esse gratiam homines ad bona capessenda adjuvantem; sed reos tantum facere subendo, & ibi paginâ 43. Revertuntur plures Theologi, qui pnt ant. legem non

tum nihil juvare, sed prævaricationis reum facere.

Lib. 3. de Grat. Christi Salvatoris cap. 17. pag. 147. Intellegitur quàm perperam Scholastici gratiam sufficientem postulant ad hoc, ut homines peccare diciqueant. Peccabunt enim sine gratiâ, non minùs, quàm si illius adjutorio munirentur.

Lib. 3. de Grat. Salvatoris cap. 4. pag. 109. Scholastici nihil majori sollicitudine satagunt, quàm ut iis, qui per præceptum, aut legem Dei aliquid sub pænâ perditionis facere compelluntur, gratiam sufficientem tribuant, quâ lex ab eis absque reatu prævaricationis possit impleri.

Ibidem pag. 109. col. 2. Falsum est iis, quibus datur præceptum, aut lex, hoc ipso gratiam adesse sufficientem, quâ lex impleatur, cum ideo potius lex detur, ut gratia ad implendum sufficiens requiratur. Et ibi supra. Augustinus docet, legem idcirco datam, ut agnitâ per multitudinem peccatorum non solum infirmitate, sed etiam impossibilitate suâ, ad implendum quod præcipiebat Deus, adjutorium gratiæ quæreretur.

Ibidem cap. 4. pag. 108. Hanc sufficientem gratiam repugnare Augustini principiis, & Scripturarum demonstrari potest.

Lib. 5. de Hæresi Pelag. c. 3. pag. 99. col. 2. initio.

Iste status Pelagianismi omnium celeberrimus, acerrimèque defensus; quamquam non aliud, nisi purus, ac putus Judaïsmus esse videatur. Judæis enim proprium est in lege gloriari, & Christi gratiam ipsumque gratiæ fontem tanquam sibi non necessarium tollere; ignorantes enim prorsus, uti Pelagiani, justitiam Dei, & suam quærentes statere, justitiæ Dei non sunt subjecti. Notavit hanc similitudinem Pelagianorum, ac Judæorum Sanctus Augustinus. Ibi autem negat Janenius Pelagianis; & Judæis fuisse cognitam gratiam sufficientem, & adjuvantem, affirmando, eos putare per solas naturæ vires cum solâ lege posse implere præcepta. Janenius supponit falsum dicendo caruisse gratiâ Judæos sub lege; quem refutat Pater Seville Dominicanus lib. 4. cap. 6. pag. 317. Ratione, experientiâ, auctoritate Augustini. Legat qui volet.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hic auctor tom. 2. Coll. 7. diff. 3. sect. 9. per totam cum Norisio concinit, probans, non requiri ad observationem legis sub peccato obligantis gratiam proximè sufficientem, quâ voluntas constituatur in potentiâ proximè rectè operandi: sed satis esse auxilium remotum. Hæc autem distincta auxilia ita Macedus explicat pag. 371. *Quæcumque igitur gratia leviter pulsât, citèque voluntatem intra illos terminos actuum inefficacium, quos velleitates dicimus, ea est gratia sufficiens Augustiniana, in quam deslexit illud adjutorium sine quo non statûs integri Adami, & Angelorum, quod per se in eo & PROXIME tunc sufficiens erat ad operandum, dabatque integram potestatem, & EXPEDITAM propter sanas, & integras liberi arbitrii vires: at verò in nostro infirmo, & misero TANTUM REMOTE JUVAT, nec est integrè immediatèque sufficiens, nec expedit omnes conatus viresque potentiæ infirmæ, & viciatæ: sed in eâ motus quosdam excitat, qui inchoatos, & imperfectos ac-*

Janenius.

Infideles carent gratiâ sufficienti ad salutem tam proximè, quàm remotâ, & omnibus principiis ejus. Est titulus cap. 11. lib. 3. de Grat. Salvat. pag. 126.

posse hic, & nunc obligare, nisi adsit gratia adjuvans.

Ibid. lin. 31. col. 1. *Reicienda est sententia illorum, qui dicunt, gratiam proximè sufficientem semper adesse, nec unquam legem obligare, nisi adsit gratia adjuvans: aliàs homo ob impotentiam excusaretur ab observatione legis.*

Pag. 42. lin. 51. col. 2. *Quòd autem lex ad hoc ut obliget, non debeat supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus, quod imperatur, est constans Sancti Augustini doctrina contra Pelagianos.*

Noris pag. 44. lin. 62. col. 1. *Judæi habitâ lege eò superbia delapsi sunt, ut putarint, solam legem ad bonitatem justificandam sufficere, neque necessariam esse Dei gratiam, sed tantum liberum arbitrium. Hic autem error tam altè eorum mentibus insidebat, ut plerique etiam ex Judaïsimo conversi in veteri errore obstinatiùs versarentur. Et infra. Porò cum hunc errorem serbaverint postea Pelagiani aserentes, gratiam Dei in veteri testamento non esse, nisi legem Moysi traditam, gratiam vero novi testamenti esse Evangelium, & exemplum Christi, Augustinus ut illorum errorem confutaret, acutè probavit, legem à gratiâ separatam, reos facere homines jubendo, non adjuvando.*

Pag. 43. lin. 24. col. 2. *Lex igitur ex Augustino data est, non ut cum gratiâ sufficienti secum necessariò connexâ, homines agendorum cognitione instructos; ad opera præcepta implenda jureret, sed ob hoc data est, ut homo conatus facere, quæ præcepta erant, & cernens per semet illa exequi non posse, gratiæ auxilium imploraret. Et mox. Lex non infert potentiam proximam voluntatis faciendû quod jubetur, & ex consequenti non habet annexam gratiam proximè sufficientem ad faciendum opus imperatum.*

Certè, inquit, velle Judæis auxilium sufficiens ad credendum denegare non solum sacris litteris, sed etiam ipsi experientia videtur repugnans. Adauit verò auctoritatem Scripturæ, & testimonia Sancti Augustini.

rus inefficaces, ac deficientes efficiunt cum voluntate, &c. Ibidem col. 2. hanc Suarii sententiam recitat, ac commendat ex lib. 4. de Grat. cap. 18. num. 19. Non dicit tamen Augustinus hujusmodi homines in presenti statu nullum auxilium sufficiens recipere ad perseverandum: nam recipiunt saltem REMOTE sufficiens, quod suo modo est verè sufficiens; in eis tamen propter conditionem hujus statûs tale est, ut NON SIT PROXIME, SED REMOTE, & ut nunquam effectum consequatur. Et statim addit Macedus: Ita de mente Augustini judicat Suarez, & verè quidem judicat. Itaque non requiritur gratia proximè sufficiens, sed satis est auxilium remotum, quod differt à Norisio conceditur non solum Judæis sub lege Mosaicâ, verùm etiam ipsis infidelibus in lege naturæ. Hoc auxilium remotum negavit Janenius, à cujus opinione quàm diffidet Noris, ex hæc utriusque antithesi apparet.

Noris.

Quamvis enim infideles careant auxilio proximè sufficienti, habent tamen auxilia quadam remota, undè non patiuntur necessitatem antecedentem peccandi, &c. In Vind. cap. 3. §. 6. pag. 44. lin. 37. col. 2.

Ibidem

Ibidem cap. 3. pag. 111.

Toties quoties quam densè, quam instanter docet Augustinus eos, qui sub lege positi sunt, nullum adiutorium bene vivendi præter legem accepisse.

Hanc sententiam fusè defendit Basilius Poncius r. p. relect. de auxiliis cap. 12. per totum, ubi ex Apostolo, Augustino, & Hieronymo probat, solam notitiam legis opus pravum vetantis latis esse ad peccandum, etiam si nulla sancta cogitatio in oppositum ad sit. Idem tamen cap. 17. pag. 206. in fine ait: *Omni itaque adulto conceditur Christi beneficio auxilium saltem remotè sufficiens.* Quæ sanè communior est Theologorum sententia, à quâ nec dissentit Jansenii antagonista insignis Decampsius lib. 3. Her. Jansen. disp. 8. cap. 10. num. 4. scribens: *Deum unâ cum lege gratiam illam Judæis non dedisse, quæ proximam adimplendæ legis potestatem tribuit: sed eam dumtaxat, quæ ad infirmitatem suam cognoscendam, & divinam opem implorandam necessaria est.* Noris vero dicit: *Lex ob hoc data est, ut homo conatus facere, quæ præcepta erant, & cernens per semet illa exequi non posse, gratiæ auxilium imploraret.* Quare si homo conatur facere præceptum, jam habet cupiditatem boni faciendi, quod sinè aliquâ gratiâ fieri nequit ex S. Augustino lib. 2. ad Bonif. c. 8. Rursus ipse etiam conatus est à gratiâ ex eodem lib. 2. de Pec. mer. cap. 19. *simul intelligentes, & quòd sic conamur, & quòd sic deprecamur, dono illius nos habere.* Nondum tamen qui cupit, & conatur, habet gratiam proximè sufficientem, sed illam debet precibus impetrare; quare habet tantum gratiam remotam ad præceptum implendum. Ceterum Judæi ut plurimum auditâ lege, eique ex fide credentes, suis tamen viribus volebant illam implere, quâ superbiâ implicati, non poterant, stante illo errore, Dei auxilium implorare. Unde idem S. Doctor cap. 12. de Grat. & lib. arb. initio ait: *Quot ergo adjuncto solo adiutorio legis sinè adiutorio gratiæ, confidentes in virtute suâ, suo spiritu aguntur, non sunt filii Dei. Tales sunt de quibus dixit Apostolus, quòd ignorantés Dei iustitiam, & suam vo-*

Idem pag. 45. lin. 12. col. 2.

Ceterum omnibus hominibus adesse auxilium, saltem remotum, mihi videtur colligere ex Augustino lib. de Nat. & Grat. cap. 67. ubi, &c.

lentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subjecti, De Judæis hoc dixit, qui de se præsumentes, gratiam repellabant, &c. quando eandem legem suis viribus se implere posse credebant. Et in fine: *Non enim estis sub lege, sed sub gratiâ adjuvante.* Concinit cum Augustino Sanctus Thomas lect. 7. in c. 3. Epist. ad Galat. *Homines enim, inquit, de duobus præsumebant. Primò quidem de scientiâ; secundò de potentiâ. Et ideo Deus reliquit homines absque doctrinâ legis tempore legis naturæ, in quo dum in errores inciderunt, convicta est eorum superbia de defectu scientiæ. Sed adhuc restabat præsumptio de potentiâ; dicebant enim: non deest qui impleat; sed deest qui iubeat, ut dicitur in Glos. super illud Exodi 24. Quisquid præcepit Dominus faciemus, & erimus obedientes. Et ideo data est lex, quæ cognitionem peccati faceret: Per legem enim cognitio peccati Rom. 3. quæ tamen auxilium gratiæ non dabat ad vitanda peccata, ut sic homo sub lege constitutus, & vires suas experiretur, & infirmitatem suam recognosceret, inveniens se sinè gratiâ peccatum vitare non posse, & sic avidius quæreret gratiam. Videturne ex Doctore Angelico veterem legem non habuisse secum annexam gratiam proximè sufficientem, dum Judæi sinè gratiâ peccatum vitare non poterant? Idem lect. 8. ibidem ait: *Homo non potest vitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem non dabatur.* Lectione etiam 4. *In quantum ergo lex cognitionem peccati facit, & non præbet auxilium contrâ peccatum, dicuntur esse sub maledictio, cum nequeant illud per ipsa opera evadere. Item: Sancti autem Patres, etsi in operibus legis erant, salvabantur tamen in fide venturi, confidentes in ejus gratiâ, & saltem spiritualiter legem implentes. Moyses enim, ut in Glos. dicitur multa quidem præcepit, quæ nullus implere potuit, ad domandam Judæorum superbiam, dicentium: non deesse qui impleat, sed deesse qui iubeat.* Hæc S. Thomas.*

GERMANITAS IX.

Circâ pugnantiâ legis cum gratiâ Christi.

Janfenius lib. 3. de Gratiâ Christi Salvatoris cap. 2. pag. 104. in Titulo.

Adiutorium, inquit, purè sufficiens ad gratiam naturæ pertinet. Lapsum reparationi inutile, & perniciosum.

Et in Textu pag. 105. lin. 17. à fine.

Sequitur adiutorium sufficiens datum Adamo in statu Innocentiæ nullam omnino afferre sanitatem, quamvis vel perpetuò adesse, vel peccato perditum Christi Cruce redditum esse poneretur.

Ibid. cap. 5. pag. 111. lin. 24.

Novi Scholastici docent, gratiam cavendi, superandique peccata sufficientem legi adfuisse.

Eodem lib. cap. 9. pag. 123. §. Quapropter.

Augustinus hujusmodi gratiam sufficientem Neotericorum tamquam lapsis, fractisque viribus prorsus inutilem semper sub naturâ, & lege comprehendit.

Noris in Vind. cap. 3. §. 6. pag. 43. lin. 44. col. 2.

Lex non habet annexam gratiam proximè sufficientem.

Et pag. 41. lin. 47. col. 2. *Tantum abest, ut lex homines adjuvaret, quin potius eos fecerit sinè gratiâ jubendo.*

Pag. 43. lin. 36. col. 1. *Si Lex ut obliget semper infert assistentiâ gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam non fuisse amissam ex peccato Adæ, quòd licet à pluribus concedatur, puto esse falsissimum.*

Et pag. eadem lin. 31. *Reicienda est sententia illorum, qui dicunt, gratiam proximè sufficientem semper adesse.*

Ibidem. *Sentis, inquit, te urgeri præcepto, & simul cognoscis, te destitutum gratiâ proximè necessariâ ad opus implendum.*

Pag. 44. lin. 30. col. 2. *Non durius loquitur, qui asserat in hypotesi, quòd sola lex iubeat, nec gratia proximè sufficiens adsit, legem eandem obligare, & transgressorem reum esse peccati. Ex Sancto Doctore Augustino.*

Igitur juxtà Jansenium, & Norim peccat homo in eo, quod vitare non potest.

RESPONSIO P. MACEDI.

In Cortinâ qu. 1. art. 7. initio statim hæc scribit: *Verum quidem est utrumque: non omnibus gratiam præstesse, nec sine illâ rectè agi posse; cum utrumque sit Augustini. Non tamen inde sequitur: peccari in eo, quod vitari nequit. Preest enim cum necessitate in specie stare libertas in individuo, & sublata libertate contrarietatis, manere libertas contradictionis. Unde non repugnat hominem infidelem sine gratiâ esse determinatum ad unam tantum partem contrarietatis, idest ad malum in specie, tamen esse liberum ad actus malos singulares, atque ad eodè libertate peccare. Nam ille certè non est addictus uni tantum actui peccandi: cum possit varios actus malos; vel eundem per diversa, ut ajunt, motiva exercere. Hanc responsionem pluribus ibidè confirmat. Illam tradiderat etiam Jansenius lib. 4. de Statu nat. lapsæ cap. 19. pag. 259. verùm cap. 20. §. Ex quibus admodum, illam non probat: Hoc tamen, inquit, ingenuè fateor, me in universis Augustini monumentis nondum invenisse, quod peccata, quæ ante gratiam per concupiscentiâ nobis inspersa conspersæque necessitatem committuntur, idcirco nobis libera sint, quia possumus unum peccatum alterius cupiditate superare, aut vel istud quadam indifferentiâ contradictionis omitte-*

Janfenius.

Offendimus enim duos illos status, sub quorum altero necessariò infideles vivunt, non solum OMNI gratiâ Christi destitutos esse ad cavendas, superandasque tentationes, sed etiam in statibus illis deesse arbitrio libertatem ad bonum, hoc est, arbitrium voluntatis non esse liberum ad faciendum aliquem actum bonum, sed tantummodò ad malum. Lib. 3. de Grat. Salvat cap. 11. pag. 126. col. 2.

Noris.

Quamvis enim infideles careant auxilio proximo sufficienti, habent tamen auxilia quædam remota; unde non patiuntur necessitatem antecedentem peccandi, quam licet humanum genus ex peccato primi parentis incurrit, Christi tamen Redemptoris beneficio sublata est, ut acurè probat noster Poncius 1. p. relect. de Grat. cap. 15. In Vind. cap. 3. §. 6. pag. 44. lin. 37. col. 1.

GERMANITAS X.

Circà doctrinam de operibus infidelium, & intelligentiâ loci Pauli ad Rom. 14.

Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Tractat de hac re multis in locis Jansenius, sed præcipuè lib. 4. de Statu nat. lap. cap. 1. & cæteris usquè ad cap. 18. Tractat Noris in Vind. Aug. cap. 3. §. 4. à pag. 20. usquè ad 24. Et rursùm ibid. c. 4. §. 5. à pag. 56. ad 58. ambo sunt gemini.

Jansenius incipit in Tit. cap. 1. de Statu nat. lap. hoc modo.

Augustinus ex professo docuit: *Omne, quod non est ex fide, esse peccatum. Et cap. 7. pag. 237. Eam sententiam dixit esse hausam ex ipsis Christianæ Religionis fundamentis, eamque probat testimoniis Hieronymi, Ambrosii, Prosperi, Fulgentii, Sancti Leonis Papæ, & aliorum Patrum.*

Jansenius allegat Patres, & Roffensem, quem citat c. 17. p. 258. art. 36. contrà Lutherum. Laudat etiam Concilium Arausicanum ibid. pag. 257.

Noris In Vind. August. pag. 56. Col. 2. in tit. cap. sic ait.

Non errasse Sanctum Doctorem exponentem illud Apostoli: Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Et pag. eadem. lin. 34. col. 2. Una est Ecclesia; & Augustini de illis Apostoli verbi sententia, nempe ut de verâ fide Christianâ intelligantur; idque probat auctoritate Sancti Leonis, Prosperi, & PP. Addit Facundum Hermianensem Schismaticum, & Poffum Hereticum, quales non citat Jansenius.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc ille tradit tom. 2. Collat. 10. differ. 3. sect. 4. pag. 597. *Sed quoniam hæc expositio loci Pauli, nempe: Omne, quod non est ex fide, peccatum est, impugnetur ab omnibus contraria doctrinæ auctoribus: imò & erroris a nonnullis audacioribus appellatur, quales sunt*

recentiores quidam PP. Galli, quorum duo errorem appellent, præterquam quod ego in Cortinâ olim aliquos pro eâ Patres, ac inter eos Magnum Gregorium, & Bernardum produxi, remitto Lectorem ad eruditissimum P. Henricum Noris, qui in eâ, quam Superiùs laudavi,

Pela-

Adversus Germanitates Janf. & Noris. 75

Pelagianâ Historiâ, in vindictis Augustinianis cap. 4. §. 5. evidenter ostendit, eam esse Ecclesiâ, Pontificum, & Patrum locum illum Pauli de Fide prout est virtus Theologicâ, intelligentium. Producit Pontificale Romanum, Leonem I. Bonifatium II. Synodum Byzantinam quindecim Patrum, inter quos fulgebat Fulgentius: qui extrâ Concilium idem tradidit lib. 2. de Pec. remis. S. Prosperum Epist. ad Rufinum, S. Isidorum lib. de summo bono cap. 2. S. Bernardum serm. 30. & 31. in Cant. Julianum Pomerium lib. 3. de Vir. contempl. cap. 1. Facundum Hermianensem lib. 1. de trib. capit. ad Imperatorem Justinianum. Quorum testimonia in eis egomet meis oculis vidi, assuetus non fidere alienis. Hæc Ma-

cedus. Quod Parallelista addit de Facundo, error est: quod de Vossio, impostura. Nam Facundus scripsit illud opus antequam in Schisma laberetur, ut optimè notant Baronius, ac Sirmondus; imò id temporis ea in literas misit, cum pro Vigili Papæ decretis strenuè contrâ Imperatoris edicta pugnabat. Vossii verò interpretationem Noris non probat cap. 4. §. 5. pag. 57. col. 1. lin. 48. hic enim illud Apostoli dictum interpretatur de fide Christianâ per conscientiam ad opus applicatâ; at Noris è contrâ ex Augustino contendit dictamen conscientiæ à fide dirigendum. Itaque patent Parallelistæ impostura. Sed quæ insuper splendide mentiatur, audiamus.

P A R A L L E L I S T A.

Doctrina amborum eadem est, nimirum. Omnia opera infidelium præcisè quando fiunt sine directione fidei veræ quidem, & Christianæ esse peccata, & ambo refutant eos Doctores Scholasticos, qui secus sentiunt, & aliter explicant illum locum Pauli, Jansenius refutat Suarium: Noris verò Morainum, & expositiones istorum refellunt, quæ cum duæ sint, proponuntur ibi, & refutantur ab utroque. Et ne appareat Germanitas hac in re: Noris utitur artificio mutans ordinem, & ponendo expositiones adversariorum ordine inverso Jansenii, itaut primam Jansenii faciat secundam; & secundam faciat primam, & ita lateat Germanitas cum Jansenio.

Jansenius igitur primùm affert responsionem Suarii dicentis, Augustinum nomine peccati non intellexisse proprium peccatum, sed imperfectum, non meritorium vitæ æternæ. Ita....

Cap. 2. initio pagina 223. Idem Jansenius ponit secundam expositionem de nomine virtutis latè sumpto pro bono officio, præcendendo à bono fine, quod appellant substantiam operis, ut intelligatur Augustinus negare opera infidelium esse bona quodam fructum spiritualem respectu vitæ æternæ. Ponit lib. 4. pag. 226. Hoc ipso quod non referuntur, idest, hoc ipso quo fide opus ad Deum referente carent, efficiuntur injusti. Et cap. 6. pag. 234 §. Arbitror. Respicit Augustinus illam doctrinam suam, quâ tradit alibi contrâ Julianum in opere verè, & plenè bono duo esse spectanda, officium, & finem.

Idem lib. 4. de statu nat. lap. cap. 8. p. 238. col. 2. Augustinus non solum veris virtutibus fideles caruisse, vel fuisse falsas, & virtutis nomine indignas, sed etiam vitia fuisse tradit, eâ prorsus ratione, quâ & opera illorum, qui fide destituti sunt, non modò non verè bona, vel quasi bona laudabiliaque, sed vera peccata esse declaravit. Et rursus pag. 239. col. 2. in medio.

Augustinus explicat illum finem, cujus defectu peccatum est quicquid facimus, nec à virtute ullo pacto fieri potest, esse unum, solumque verum Deum.

Noris verò primam hanc expositionem refutatam à Jansenio ponit in secundo loco. In Vind. pag. 23. in prin. Col. 1. nomine Scholasticorum, minimè nominato Suario.

Noris hanc secundam expositionem sumptam ex officio, & sine ponit in primo loco §. 4. cap. 3. pag. 20. lin. 50. Col. 1. ubi sic ait: In eo Augustiniana sententiæ cardo versatur, quod virtutes à vitis non officio, sed sine distinguantur, & postea pag. eadem in fine. Non est, inquit, attendenda sola substantia operis in specie boni ex officio, sed finis quoque considerandus venit propter quem idem opus elicitur. Et ibi refellit auctores contrariæ sententiæ. Idem Noris pag. 23 lin. 38. Col. 1. prosequitur hanc differentiam operis boni in substantiâ, & ex officio, & ex fine, & ait: Augustinus intulit opera sterilia non posse dici bona, sed tantum mala, tum ex defectu relationis in Deum: tum ex indè derivatâ Philantiâ. Concludit Noris in vindic. cap. 4. §. 5. pagin. 57. lin. 32. Col. 2. Sanctus Pater ad veram virtutem relationem in ultimum finem necessariam adeo putavit, ut nec virtutes propter sui honestatem citrà vitium expecti posse affirmaverit. Et c. 3. §. 4. pag. 22. lin. 48. Col. 1. Rectè ob hanc rationem dixit Sanctus Doctor infideles non posse habere veras virtutes illâ precipuè Apostoli sententiâ morus; Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Et ibi pag. 21. Col. 2. in fine. Vult enim, inquit, Augustinus voluntatem solâ fide dirigi ad faciendum opus cum debitâ circumstantiâ relationis in Deum ultimum finem. Hoc ultimum dictum Jansenii de Deo ultimo fine sic accipit pag. 22. Col. 1. in fine. Ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum.

Ambo latè versant hanc doctrinam loquentes de fide habituali, quâ homo fit Christianus, & ab eâ diriguntur ad ultimum finem supernaturalem Deum.

Errant verò ambo, nam Augustinus non loquitur de illâ fide habituali, sed de aliquâ fide actuali excitante, ac irradiante intellectum cum aliquâ inspiratione bonæ voluntatis, quæ est media via inter Pelagianos, & Jansenianos, quod egregiè ostendit Augustinus Conimbricensis in suâ Cortinâ, & in mente Innocentii, & in secundo Tomo Collationum super secundum sententiarum folio 584. & 586. expressè, qui semper mediam tenet viam inter Pelagianos, & Jansenianos, qui extrema sectantur, atque adeò vitiosa.

R E S P O N S I O P. M A C E D I.

Fusus hac de re agit Macedus in Cortinâ, quæ omnia dum tomo alteri Collationum inseruerit, loca hu jus

hujus appellabo. Itaque Collat. 10. differ. 3. sect. 2. pag. 583. col. 2. ait: *Mentem Augustini per conclusiones expono. Prima sit. Omnes actus sine ulla omnino fide, & citra omne auxilium gratia, esse prava, & vitiosos auctor est Augustinus. Pagina 585. col. 2. Secunda est. Omnia opera sine aliqua fide, & gratia facta ex defectu honesti, & debiti finis, vitiosa esse, Augustinus judicavit. Post plura ad id probandum testimonia producta ait: Cur autem opus citra fidem, & gratiam deficiat a recto, & honesto sine? Augustinus ostendit: docens non esse unde dirigatur ad finem ultimum, & debitum, id est Deum, auctorem omnis boni, finemque hominis beatum: citra cuius supernaturalis notitiam, omnis actio Gentilica vel ex pravo sine corumpitur, vel in*

Triplex Parallela impostura.

Nusquam audacius imposturas necit, quam in hac Germanitate oculis subjicienda, ut Lecteribus fucum faciat, ac Norisio invidiam conflet. Et primo quidem præmittit: *Doctrina amborum eadem est, nimirum: omnia opera infidelium præcisè quando sunt sine directione fidei vera quidem, & Christiane esse peccata: & inferius: Ambo latè versant hanc doctrinam loquentes*

Janfenius.

Secundum principium boni operis, quo infideles earent, est fides veri Dei, & Christi ejus, sine qua fide impossibile est vel servare legem, vel cavere peccata, vel præceptum facere, vel tentationem superare. Lib. 3. de Grat. Salvat. cap. 11. pag. 127. Idem habet lib. 4. de statu nat. lapsæ cap. 5. & cap. 6. tradit Schismaticorum patientiam non esse sine peccato.

Altera impostura est, Norisium usum artificio in refutandis duabus responsionibus adversariorum, ita ut quæ apud Janfenium primo loco ponitur, alteri postposuerit. Noris, inquit, hanc secundam expositionem sumptam ex officio, & sine ponit in primo loco. Profectò hic homo audacissime fingit. Nam illa doctrina de officio & sine operis, non est expositio adversariorum, sed planè argumentum S. Augustini, quo contra Julianum depugnavit, eaque etiam utitur, uti planè Augustinianà, laudatus Macedus. Janfenius lib. 4. de statu nat. lapsæ cap. 2. in titulo ait: *Primum effugium ocluditur, quo dicunt, Augustinum loqui de peccato latè, & improprie sumpto. Nempè ut statim explicat juxta adversarios de opere carente merito vitæ aeternæ; At pag. 218. capiti tertio hunc titulum præfigit: Secundum effugium clauditur, nempè ut ait, quod respondent, dicta Augustini de operibus pravis infidelium intelligenda esse regulatè, ac moraliter loquendo. Hæc est expositio, quam secundo loco Janfenius oppugnat toto illo capite tertio. De hac ne verbum quidem habet Noris, sed illam tantum de opere quatenus meritorium est, rejicit pag. 23. lin. 11. col. 1. Quæ ergo fronte scribit: *Noris utitur artificio commutans ordinem, & ponendo expositiones adversariorum ordine inverso Janfenii, ita ut primam Janfenii faciat secundam: & secundam faciat primam, & ita lateat Germanitas Janfenii, cumque unica est apud Norisium, primo loco à Janfenio recitetur? Cæterum illam expositionem antè Janfenium exposcerat Gregorius Ariminensis, qui trecentis annis Janfenium præcessit, in 2. sent. dist. 26. quaest. 1. art. 2. Et**

Janfenius lib. 3. de Grat. Christ. Salv. cap. 11. p. 127. Probavimus, inquit, nullum omnino opus bonum moraliter, hoc est nullum opus, quod non sit peccatum,

creaturâ sisset, vel debito sine spoliabitur: quo fiet, ut aut peccatum commissionis, aut omissionis admittatur. Item ibidem: Unde censet eum, qui naturali ductus affectu, colit parentem, & miseretur vidua, sistendo in eo sine ex amore illius creaturæ, non referendo opus ad Creatorem, peccare venialiter ex defectu debiti finis. Nam illi certè actus naturaliter officii boni, videntur esse conformes rectè instituta naturæ; sed oportet creaturam rationalem alius inspicere, & tollere se humo, & ad Deum affectus illos referre. Ita ille Augustinianè, & Noris Macedonicè. Hanc sententiam solidè defendit novus, ac illustrius Scriptor P. Contonionus Dominicani Ordinis Theologus Tomo 5. dissertat. 2. de Gratia cap. 1. specul. 2.

de fide habituali, quæ homo fit Christianus, & ab eâ dirigitur ad ultimum finem supernaturalem Deum. Janfenius quidem fidem Christi, quæ homo fit Christianus, & est habitus infusus in baptismo, ad faciendum opus bonum requirit. At Noris id planè negat. En utriusque antitheses.

Noris.

Ex quibus patet ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum; imò solam fidem etiam acquisitam sufficere colligitur ex lib. de Patientiâ cap. 26. & 27. ubi Schismaticorum patientiam & bonam esse, & laudandam scribit. In Vind. cap. 3. §. 4. pag. 22. col. 1. in fine.

Casalius unus è Patribus Tridentinis, quem Macedus Collat. 10. differ. 2. sect. 3. vocat præstantissimum Theologum, lib. 1. de Quadripartitâ Justitiâ cap. 36. & cæteris cap. 41. hæc scribit cap. 36. *Porrò neque eis optulatur posterius divitiarum, quo antiquorum Patrum contra Pelagium agentium auctoritati obviam ire nituntur, dicentes eos de bono meritorio intellexisse suam eorum sententiam. Adèd antiqua est illa explicatio, ut planè ridiculum videatur, quod exprobrat Parallela, Norisium apud Janfenium illam reperisse, ac secundo loco eandem recitasse. Verum utramque explicationem, quæ apud Janfenium legitur, proponit reapse P. Macedus cit. differ. 3. sect. 3. pag. 588. ubi explicationem Suarii recitat, nempè aut Augustinum DE ACTIBUS MERITORII gratia, & gloria locutum fuisse, cum eos infidelibus denegavit: aut de iis actibus, qui plerumque fiunt ab infidelibus, ut non neget eos bene unquam sine gratiâ operari posse, sed vix unquam bene propter difficultatem operari; quo fiet ut REGULARITER dicat eos male operari. Itaque Macedus, non verò Noris, utramque expositionem retulit, neutram tamen probans Macedus ait: *Perstandum nihilominus est in proposito, & sustinendum Augustinus tria illa, quæ statuiimus, docuisse &c. Tertia modò Parallela impostura propalanda mihi est; nam hoc altero parallelo Germanitatem X. claudit, laudato prius Augustino Cenimbricensi, quo nomine Patrem Macedum designavit, qui semper, inquit, mediam tenet viam inter Pelagianos, & Janfenianos. At eadem planè Macedi vestigia implet Norisius.**

Noris in Vind. pag. 44. lin. 19. col. 1.

Ex his colligitur quomodo infideles peccent, non observando legem, quandoquidem sine fide manent tantum

rum, ab infidelibus posse fieri, sed quidquid faciunt, quoquo modo se vertant, quamcumque rectam meditentur operationem, totum in eis perversi amoris cupiditate contaminatum esse, & ex vulnere in vulnus surgere, utpotè qui quandiu infideles manent ipsis principiis faciendi moraliter boni careant. Et rursùm ibid. Cum ergo non habeant infideles gratiam sufficientem diligendi Deum, quos agnitio, & fidei Dei deficit, profectò non habent gratiam sufficientem bene operandi.

Nec excusatur Noris dicendo, se admittere quosdam actus bonos nimirum ex gratiâ, dum ait: *Nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus in iis operatur.* Nam & hoc Jansenius fatetur lib. 4. de statu nat. lap. pag. 234. ubi ait. Bene vivendi voluntatem, & alia quæcumque opera bona ad gratiam referenda. Hinc apparet Germanitas inter utrumque de necessitate fidei habitualis Christianæ ad quodcumque opus bonum morale, & conformitas negandi, infideles bene operari posse. Nam error est dicere quicquid fit sine Fide habituali, & gratiâ supernaturali actuali esse Peccatum.

Vix oculis meis credo, dum ad eò lulentam imposturam scripto traditam lego. Profectò Parallelista sibi persuasit, neminem eorum, quæ recitat, fidem apud Scriptores, quos invicem comparat, indagaturum; neque enim, si secus sensitset, tam splendide mentiri ausus fuisset. Noris concedit, infideles

sub lege præcipiente, non sub gratiâ adjuvante; unde opera, quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata, nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus ipsis nescientibus, in eorumdem voluntatibus operatur. Et iterum ibid. Itaque cum infideles in Christum non credant, Dei gratiam ad implendam legem naturalem non petunt, unde nec eandem observant, & si qua bona facere videntur, illa non faciunt bene, ut §. 4. probatum est.

quandoque divinâ gratiâ excitante, ac præmovente; bonos virtutum actus elicuisse; & inquit adversarius, & hoc Jansenius fatetur; quod proflremum quàm mendaciter asseratur ex contradictoriis hisce thesibus, quas subijcio, vel rudes ipsi, ne dum docti intelligent.

Jansenius.

Hæc ostendunt quàm parvi momenti sit etiam istud, quod Augustinus dicit de Rege Assuero, quod Deus juxta Scripturas: *Transfulerit indignationem ejus in lenitatem.* . . . Ex quo non video quâ ratione conficiatur, illam ejus voluntatem fuisse omni ex parte bonam. *Et concludit de Deo:* Sic operatur intus non solum per patientiam, sed etiam per potentiam, ut Augustinus loquitur, ut unum peccatum altero tanquam supplicio puniatur, nec tamen idcirco peccatum est opus bonum, etiamsi poena sit opus bonum. *Lib. 4. de statu nat. lap. cap. 6. pag. 224. col. 1.*

Jansenius.

Respondetur, continentiam illam Polemonis fuisse bonam, sed non opus bonum, cujusmodi hic postulamus, hoc est, sine omni omnino peccato ex omnibus circumstantiis. *Ibid. cap. 5. pag. 230. col. 1.*

Jansenius.

Nugæ, delirium, infania, error, impietas congraria Christianorum sensui, Scripturis, & fidei, quod infidelium sit ulla vera virtus, vel opera sine peccato juxta Augustinum, & Concilium Arausicanum. *Est titulus cap. 17. lib. 4. cit.*

In molem hæc una responsio excresceret, si Jansenii testimonia hic recitare vellem, cum in eo libro quarto per plura capita ostendere conetur, nullum unquam opus bonum fieri ab infidelibus, eosque esse omni prorsus, & semper gratiâ Dei destitutos, quæ

Noris.

Respondeo tertio, infideles aliquos actus bonos elicere, ad quos à Deo præmoventur, qui profectò peccata esse non possunt. Tradit hoc disertè Sanctus Doctor cap. 24. de Gratiâ Christi, ubi recitavo illo Scripturæ Sacræ de *Ajveri mutatione testimonio Hester 15. 11.* Convertit Deus, & transfudit indignationem ejus in lenitatem, cum prius præmississet *Ajverum tunc fuisse infidelem, & peccatorem, concludit:* Internâ, atque occultâ, mirabili, ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. In *Vind. c. 4. §. 5. pag. 58. lin. 51. col. 1.*

Noris.

Præterea Epist. 130. continentiam Polemonis Philosphi divinæ gratiæ deputandum scribit: Tamen, ait, ne id ipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divino. In *Vind. cap. 3. §. 4. pag. 21. lin. 41. col. 2.*

Noris.

Sed non ad eò rigorosè de operibus infidelium S. Doctor locutus est; nam aliquos quandoque virtutum actus eosdem elicere palam concessit, ut ex dictis satis apparet. In *Vind. in fine §. 4. citati.*

nulli, nisi post fidem confertur; ut sanè apertissimè fallaciæ convincatur Parallelista, qui fingit, Jansenium dixisse ex verâ Dei gratiâ infideles bene quandoque operatos fuisse. Oculos Lectorum appello.

GERMANITAS XI.

Quoad causam impossibilitatis servandi præceptum ex vi legis, idest timorem, quem dicunt servilem.

Jansenius lib. 5. de Grat. Salv. c. 23. pag. 234. Timor ex lege nascebatur. *Ibid.* Timor ille Dei, ex quo legem Judei servare conabantur, non aliud effecit, nisi legem terribilem. *Ibid.* Ab Augustino timor legis vocatur, tanquam qui esset proprius ef-

Noris in *Vind. §. 6. c. 3. pag. 41. lin. 56. col. 2.* *Vbi gratia non infundit amorem, observatio legis ex puro timore servili facit prævaricatorem. Perinde ac timor sine mixturâ amoris Dei supernaturalis pugnet cum gratiâ, & sit purè servilis, & peccaminosus.*

in

fectus legis; prout lex opponitur gratiæ Dei. Rursum. Patet, timorem legis non modò non esse effectum gratiæ, sed potius distingui contrà gratiam.

Idem lib. 5. de Grat. Salv. c. 1. pag. 406.

A charitate proficiscitur, ut non timeat poenam, & ut amet iustitiam, ut poenâ non terreatur, & ut iustitiâ delectetur, ut eam non delectet iniquitas. Vocat hunc timorem servilem. Idem lib. 3. de Grat. Salv. c. 6. pag. 116. in fine. Ex isto amore carnali, atque timore templa, sacrificia, sacramenta frequentabant, totumque illud durissimum jugum serviliter sustinebant. Ex isto amore, atque timore tota eorum iustitia nascebatur, quam Apostolus arbitratus est, ut stercorea.

Idem ibid. lib. 3. c. 8. pag. 120. col. 2. §. Quapropter, ut custodiatur lex, amor ac timor temporaliū rerum sufficit: ad quos concipiendos affectus nullum spiritalis gratiæ auxilium necessarium est. Quæ sanè causa est, ut veteri testamento, & filiis ejus Augustinus formidinem poenæ tribuat: ex quâ carnalis; de quâ gloriabantur, iustitia nascebatur.

RESPONSIO P. MACEDI.

Ea ex cap. 28. Harmoniæ Exercitiorum S. Ignatii, & Operum S. Augustini desumitur, quo loci pag. 572. ita fatur. *Nihil enim frequentius usurpat Augustinus in suis operibus, quam timorem servilem esse malum, & contrarium charitati, & ab eâ prorsus excludi. Eoque non impleri legem, nec vitari peccatum, imò diligi culpam, & tantummodo timeri poenam. Itaque vituperari, & improbari. Hoc ego negare non possum, qui passim, cum apud Augustinum habitem, in hunc prævum timorem incurro. Verum enim verò: illis, & expensis Augustini operibus, alius præter hos duos, tertius quidam ti-*

terum pag. 44. lib. 60. col. 1. Augustinus opera facta in lege veteri, peccata dixit, cum Judæi illa fecerint timore poenæ, non amore iustitiæ. Ecce timor poenæ malus est, & operatur peccatum.

Rursus pag. eadem lin. 35. col. 2. Hinc Augustinus dixit, opera Judæorum in veteri lege fuisse peccata, & legem illam fuisse servilem, quòd illi, qui eandem implerent, timori inferirent.

Deinde ibidem lin. 48. Erat ergo Vetus lex timoris, quòd carnalis ille populus se, ac sua tantum amans, quid boni juxta legis mandata faciebat, amore sui faciebat, volens sibi bona, ac timens mala. Lex ergo tanquam servis incutit timorem; gratia, que per fidem Christi impetratur, inspirat amorem. Loquitur autem universaliter, seu omnes Judæi ita operarentur, quòd etiam facit Jansenius, paucos excipiendo.

Mirum autem est, neutrum facere mentionem alterius timoris, præter servilem, quasi non agnoscant timorem bonum, nisi qui sit mixtus charitati, quòd non est consonum Concilio Tridentino.

mor apparet, qui medius est, nec tam bonus ut filialis, quem CASTUM solet appellare Augustinus, nec tam malus, uti hic servilis. Item pag. 573. Et affert Augustinus rationem optimam in Psal. 32. conc. 1. paulo post principium: Qui timendo non facit malè, faceret, si liceret. Itaque & si facultas non datur, voluntas tenetur. Hic est verè servilis timor, quem reprobat Augustinus, cum quo fiat voluntas peccandi. Hæc ille in Harmoniâ, in quâ miram cum Norisio consonantiam exhibet.

Error Parallelistæ, & impostura.

Dæo autem Adversarius peccat, unum quidè ignorans, alterum sciens, ac volens. Hæc Norisii verba recitat: *Augustinus opera facta in lege veteri peccata dixit, cum Judæi illa fecerint timore poenæ, non amore iustitiæ: & statim ex his infert: Ecce timor poenæ malus est, & operatur peccatum.* Non accuso, quòd hanc sententiam erroneam eodem caractere, sine ullo asterisco, aut parenthesis, Norisii verbis adijcit, ut Lectores eandem à Norisio traditam putent. Scribit in nuncupatoriâ: *Seis meam in referendo sinceritatem;* hic certè non ad amissim eidem satisfecit. Verùm hoc omisso, miserè hallucinatur, dum ex hac propositione. *Qui ex solo timore servili, & non ex amore iustitiæ operatur, peccat,* infert: *igitur timor poenæ malus est, & operatur peccatum.* Etenim timor ipse potest esse bonus, & à Spiritu Sancto, & tamen dum manet cum voluntate inefficaci peccandi, operans cum illo timore, peccat. Audiatur Sanctus Thomas 2. 2. q. 19. art. 9. *Timor servilis non est numerandus inter septem dona Spiritus S. licet sit à Spiritu Sancto: quia ut Augustinus dicit in lib. de Nat. & Grat. potest habere annexam voluntatem peccandi.* Et art. 4. cum sibi obieisset: *Qui timore aliquid facit, etsi bonum sit, quòd facit, non tamen bonè facit,* ergo timor servilis non est bonus, respondet: *Ad primum ergo dicendum, verbum illud Augustini intelligendum est de eo, qui facit aliquid timore servili, in quantum servilis est, ut scilicet non amet iustitiam, sed solummodo poenam timeat.* Itaque timor poenæ in

se est bonus, qui tamen ex illo servilis; hoc est, *ut non amans iustitiam,* bonum factum non bonè illud facit; quippe qui habet annexam voluntatem peccandi, ex quâ derivatur servilitas, quæ timorem poenæ, aliàs bonum, vitiat, ac depravat. Diserte hoc habet idem Angelicus art. 6. *Quamquam timoris servilitas malus sit, ipse tamen timor servilis secundum suam substantiam est bonus.* Hæc omnia his luculenter definit Synodus Tridentina sess. 14. cap. 4. *Illam verò contritionem imperfectam, quoniam ex gubenne, & poenarum metu concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum &c.* Ex his constat, ad hoc ut quis citrà peccatum ex timore poenæ operetur, debere voluntatem peccandi excludere, sine quâ bonum non bonè facit. Num verò Judæi ut plurimum mandata legis servantes, id egerint ex timore purè servili, hoc est, non feclusâ voluntate peccandi, est res de facto, in quâ Sanctorum Patrum traditioni fides præstanda est. Unus pro mille mihi semper est Augustinus, qui ubique Judæos passim ex timore servili, & terrenorum amore operatos scribit. Hæc ait lib. 3. ad Bonifacium cap. 4. *illi etiam quicumque ibi erant, sola quæ ibi Deus pollicetur, promissa terrena sectantes, & quod pro novo Testamento ea ipsa significant, ignorantes, eorum adipsendorum amore, & amittendorum TIMORE Dei præcepta servabant; imò non servabant, sed sibi servare*

re videbantur. Neque enim fides in eis per dilectionem operabatur, sed terrena cupiditas, metusque carnalis. Sic autem præcepta qui facit, procul dubio in vitis facit, ac per hoc in animo non facit; mavult enim omnino non facere, si secundum ea quæ cupit, & metuit, permittatur impunè. Ac per hoc in ipsâ voluntate intus est reus, ubi ipse qui præcipit, inspicit Deus: Tales erant filii terrena Jerusalem, de quâ dicit Apostolus: Servit enim cum filiis suis pertinens ad testamentum veteris. Legatur in lib. de Spir. & Litt. cap. 31. Idem tradit S. Thomas 1. 2. q. 107. art. 1. ad 2. Et propter hoc, inquit, etiam lex vetus dicitur cohibere manum, non animum, quia qui timore pœnæ ab aliquo peccato abstinere, non simpliciter eius voluntas à peccato recedit, sicut recedit voluntas eius, qui amore iustitiæ abstinere à peccato, & propter hoc lex amoris, dicitur animum cohibere. Fuerunt tamen aliqui in statu veteris testamenti habentes charitatem, & gratiam Spiritus S. qui principaliter expectabant promissiones spirituales, & æternas, & secundum hoc pertinebant ad legem novam. Hæc Doctor Angelicus. Jam verò imponit Norisio Parallelista, dum de illo scribit: Loquitur autem uniiversaliter, cum omnes Judæi ita operarentur, quod etiam facit Jansenius paucos excipiendo; Hæc sunt Norisii verba pag. 45. lin. 8. col. 1. *Plurimi tamen veteris Testamentis Patres non sub lege tantum fuerunt, sed sub gratiâ adiuvante, quia propria infirmitatis conscii, ad sectanda virtutum opera divini auxilii opem imploraverunt. Quâ ratione loquitur uniiversaliter cum omnes Judæi ita operarentur, cum disertè testetur plurimos sæcùs operatos fuisse? Certè S. Thomas aliquos à tanto numero excepit, & S. Augustinus paucos lib. de catechiz. rudib. cap. 22. imò paucissimos Lib. contra Adim. cap. 17. nempè in comparatione popularis multitudinis, qui tamen in*

suo numero plurimi extiterunt.

Denique castiganda est clausula Parallelista dicentis: Mirum autem est neutrum facere mentionem alterius timoris præter servilem, quasi non agnoscant timorem bonum, nisi qui sit mixtus charitate, quod non est consonum Concilio Tridentino. Etenim satis luculenter Norisius timorem castum laudat scribens paginâ eadem 45. col. 1. in principio: *Timor quidem, si destinat esse purè servilis, & per ALIQUEM Dei amorem incipiat esse castus, est bonus, nec vitiat opera ex eodem derivata.* Timor castus excludit voluntatem annexam peccandi, & adhæret amori iustitiæ, sine quibus est tantum servilis. Qui verò timor castus est, aliquem Dei amorem includere factus docuere Lupus & Farvacques in opusculis de Attitione, & Germanus Philalethes eâ de re cap. 2. Et quidem tantum abest, ut Synodus Tridentina aliquem Dei amorem ad attritionem necessarium negaverit ut decreto ipsi prius inferuerit: *Cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat: quam tamen periodum, ne quorundam Scholasticorum sæcùs sentientium, opinionem damnaret, Synodus postea resecurit.* Rem fusè narrat Card. Pallavicinius lib. 12. Hist. ejusdem Synodi cap. 10. Nunquam Noris dixit timorem bonum debere esse mixtum charitate, nempè habitu infuso; cum satis sit imperfecta dilectio per gratiam actualem inspirata, quam si quis charitatem imperfectam cum doctissimo Lupo vocare velit, per me liceat, neque enim de nomine litigandum est. Hinc Noris dixit per ALIQUEM Dei amorem, quo priori verbo amor tantum imperfectus designatur. Num verò Jansenius de timore per legem incusso rectè senserit, viderint illi, quibus majus otium superest: neque enim ipse hominem adoro.

GERMANITAS XII.

Circâ libertatem.

Jansenius lib. 1. de Statu nat. lap. c. 4. pag. 85.

Illâ ratio voluntarii, quo peccatum in se ipso ita voluntarium est, ut ab eo sit liberum abstinere, sicut illud Augustinus definiuit, & Julianus etiam in peccato originis necessarium esse contendit, ut Augustinus tradit, in illis solis peccatis est necessaria, quæ purè peccata sunt, non in illis sive actualibus, sive originalibus, quæ ita sunt peccata, ut simul pœnæ sint peccatorum. Pœna enim hoc ipso, quo pœna est, rationem voluntarii excludit, & perimit. Itaque Juliano definitionem Augustini approbante, quâ peccatum esse dixerat, undè liberum est abstinere: Hic, inquit Augustinus, peccatum definitum est, quod tantummodò peccatum est, non quod etiam pœna peccati. De hoc quippè agendum fuit, quando mali origo quærebatur, quale commissum est à primo homine antè omnes homines malum.

Iterum lib. 2. c. 4. pag. 125. Augustinus asseveranter docuit huiusmodi sententias, & definitiones suas non esse de quolibet peccato intelligendas, sed de illo solo, quod in Paradiso primus parens summâ libertate perpetravit. Duplex quippè peccatum distinguere solet Augustinus: aliud quidem, quod peccatum tantum sit, aliud, quod ita peccatum sit, ut sit etiam pœna peccati. Et mox: Ipsam Augustinum eum Juliano disputantem audiamus. Cui respondet Augustinus. Hic peccatum definitum est, quod tantummodò peccatum est, non quod etiam pœna pec-

Noris in Vind. Pag. 39. lin. 32. col. 1.

Respondeo, laudatum Sancti Doctoris testimonium à Juliano eidem Augustino obiectum fuisse, cui Sanctus Pater respondet lib. 1. Operis Imperfecti cap. 48. Ipse Adam est, quem nostra illa definitio iniebat, & diceret: Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & undè liberum est abstinere. Adam quippe omnino quando peccavit, nihil in se habebat mali, quo nolens urgeretur ad operandum malum, & propter quod diceret: non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago; ac per hoc id egit peccando, quod iustitia vetabat, & undè illi liberum fuerat abstinere. Nam ei qui dixit, quod nolo malum, hoc ago, abstinere undè liberum non est. Rursum Noris verbis Sancti Augustini prosequitur ad Julianum ibid. Scias aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque, id est, ita peccatum, ut ipsum sit etiam pœna peccati. Intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi voluntas est agendi, quod iustitia vetat, & undè liberum abstinere. Peccatum namque isto modo definitum est, non pœna peccati, non utrumque. Ex quibus infert Noris ibid. Certum igitur est posse peccatum originale esse verè, & propriè peccatum, etiamsi non undè liberum sit abstinere, & doctrinam illam traditam à Sancto Doctore lib. de duab. Anim. ib. c. 11. applicandam non esse peccato originali. Pergit ibi refutare adversarium his verbis. Falsa hæc sunt, nam ex mente Doctoris oppositum di-

cati. De hoc quippe agendum fuit, quando mali origo quærebatur, quale commiſſum eſt à primo homine ante omnes homines malum. Sed tu aut non potes intelligere, aut non vis. Et rurſum (pergit Janſenius) eandem abſtinendi libertatem inculcante Juliano: eandem reſponſionem ſuam Auguſtinus inculcat. Peccatum enim tantum, & peccatum quod ſimul eſt pœna, identidem diſtinguit. Inſuper lib. 4. de ſtatu naturæ lapſæ cap. 22. pag. 267. col. 1. Status iſte, in quo non libertate faciendi boni, ſed neceſſitate faciendi mali peccata perpetrantur, pœnalis eſt de ſupplicio peccati liberioris impoſitus: undè peccata, quæ inde fluunt, non propterea peccata eſſe deſiunt, quòd ab eis animus libertate faciendi oppoſiti boni abſtinere non poſſit. Idem Janſenius citat locum lib. 1. ope. Imperf. quem citat Noris, ita lib. 1. cap. 4. pag. 85.

Ambo componunt peccatum cum libertate ſine indifferentiâ, & ſine poteſtate ad oppoſitum, & hanc ſententiam tribuunt Auguſtino.

RESPONSIO P. MACEDI.

E Cortinâ ſuâ loquitur quæſt. 1. art. 4. pag. 68. *ſed nil ad illa probandum fortius & evidentius, quam illa ipſa definitio peccati antea propoſita, & ab Auguſtino ſemel de peccato Adæ explicata: Peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod juſtitia vetat, & undè liberum eſt abſtinere. Cùm enim cã deſiniri à ſè primum Adæ peccatum Auguſtinus ſemel, uti proxime diximus, declarafſet: non negavit eam aliis item peccatis lapſæ naturæ convenire, quæ quidem propriè peccata ſunt: id eſt quæ ſimili illi Adæ parentis libertate ſunt: ac proinde POENÆ PECCATORUM NON SUNT: cuſuſmodi ſunt ea quæ ab homine juſto peccata committuntur: Nam cùm hic ope juſtitie & gratiæ in ſtatu libero ponatur, quæ admittit peccata ea ſimili Adæ libertate admittit, atque ad eò ſimpliciter libera dici poſſunt. Perſpicue Auguſtinus lib. contra Julianum imperf. operis primo proximam definitionem novã & excogitatã ratione oppugnante: (Scias, inquit, aliud eſſe peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque. Intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi voluntas eſt agendi, quod juſtitia vetat, & undè liberum eſt abſtinere. Peccatum namque iſto modo deſinitum eſt, non pœna peccati, non utrumque &c.) Igitur fatetur cum Auguſtino famoſam peccati definitionem competere iis præcipuè peccatis, quæ pœna peccatorum non ſunt.*

Et quidè Janſenius erravit contendens laudatam definitionem juxta Sancti Auguſtini ſententiam intelligendam eſſe de illo ſolo, quod in paradifo primus parens ſummã voluntatis libertate commiſit, uti ſcribit lib. 2. de ſtatu nat. lap. cap. 4. pag. 123. col. 2. & lib. 4. cap. 21. pag. 262. col. 2. & pag. 263. col. 2. & paſſim alibi. Etenim diſertè eo loci operis imperf. oppoſitum Sanctus Doctõr teſtatur: *multa quippe, inquit, ſunt, quæ agunt homines mala, à quibus eis liberum eſt abſtinere. Et lib. 5. cap. 60. Nos, inquit, vel potiùs ipſa veritas dicit perfectã ætatis homines quofdam voluntate, quofdam neceſſitate, vel eofdem ipſos in quibusdam voluntate, in quibusdam neceſſitate agere malum. Quod ſi falſum putas, illum aſpice clamantem: Non quod volo facio bonum, ſed quod nolo malum, ago. Qui tibi toties in faciem retorquendus eſt &c.* Porro peccatum originale non liberè, ſed neceſſariò à naſcentibus contrahit ex communicatione naturæ libero Adæ peccato viciatæ, certum Catholice

dicendum eſt: *Docet enim arguendum eſſe etiam illum qui peccat tertio illo genere peccati. Inquit enim Ibid. Tertium verò genus, ubi peccatum ipſum eſt, & pœna peccati poteſt intelligi in eo qui dicit, quod nolo malum, hoc ago.*

Ecce concedit Noris peccatum ſine libertate, & poteſtate ad oppoſitum etiam in noſtris peccatis actualibus, quæ ſunt peccata, & pœna peccati, ſic enim ait pag. eadem lin. 12. col. 2. Imò ab illã neceſſitate vituperationem deſtrui erat ipſiſſima obiectio Juliani dicentis lib. 5. ope. imperf. c. 52. Hujus vituperatio ad neceſſaria non recurrit, quia quidquid ad neceſſarium pervenit, ipſum pulſat auctorem, nempe Deum. Cui Sanctus Pater reſpondet: Numquid hoc quod nolo malum, hoc ago, ipſum hominis pulſat auctorem? & tamen eum, qui ſic agit malum, ſatis apparet ad neceſſarium perveniſſe; neceſſitate quippe agit, quod non agit voluntate.

fidei dogma eſt; undè neque parvulis conceptis in utero liberum eſt abſtinere à peccato, quamvis id liberum fuerit primo humani generis ſatori. Ceterum quã ratione dicantur à Sancto Doctõre eſſe quædam peccata actualia, à quibus non eſt liberum abſtinere, eaque ita eſſe peccata, ut pœnæ etiam ſint peccatorum, ipſe nobis exponit in laudato libro 5. contra Jul. Oper. Imp. cap. 59. ubi ſerſans proxima verba Apoſtoli, ait: *Vult & non agit, quod bonum eſt; non vult & agit quod malum eſt; undè iſta neceſſitas? Agnoſcunt eam quidè Catholici Doctõres, qui Paulum Apoſtolum intelligunt etiam de ſe ipſo iſta dicentem, & ex lege quæ in membri repugnat legi mentis, ſine qua nullus hominum naſcitur, venire non dubitant, & ideo dici & à Sanctis vident: Non quod volo facio bonum, ſed quod nolo malum, hoc ago, quia vident quantum bonum ſit nec carne concupiſcere, quæ mente averſantur, eoſque id velle, nec facere, & malum eſſe, quamvis mente non conſentiente, vel carne tamen talia concupiſcere &c.* Itaque de motibus in-deliberatis concupiſcentiæ illud dictum Apoſtoli intelligit, quos ait eſſe pœnas peccati, à quibus non eſt nobis liberum abſtinere, hoc eſt, non pati; quamvis liberum ſit abſtinere à conſenſu. Rurſus Sanctus Auguſtinus peccata actualia deliberata Dæmonum, quæ ſunt tamen pœna peccati, ab eadem definitione excludit libro eodem cap. 47. hæc ſcribens: *Reſtat igitur ut ante ſupplicium ignis æterni, etiam neceſſitas iſta peccandi magna, ſit Diabolo magna pœna peccati; neque hinc excuſetur à crimine, quoniam & iſta vindicta eſt proxima crimine, ut eum deleat ſola malitia, nec poſſit deleſcere juſtitia. Ad hanc autem jam pœnalem peccandi neceſſitatem non utique perveniſſet, niſi prius liberã voluntate, nullã neceſſitate peccaſſet. Deſinitio itaque illa peccati cùm ſit quod juſtitia vetat, & undè liberum eſt abſtinere, ad illud peccatum pertinet, quod tantummodo peccatum eſt, non quod etiam pœna peccati. Hæc Sanctus Doctõr. Illud tamen notandum eſt Noriſium de ſolo peccato originali locutum fuiſſe, ac de iis motibus animi, qui nobis liberi non ſunt, quòd præveniant rationem, quos tamen ex Sancto Auguſtino aſſerit eſſe vituperabiles, ac pudendos reſellens Morainium ſecus ſentientem. Janſenius verò ab illã definitione omnia peccata excludit, quam in Adæ tantum peccatum*

Adversus Germanitates Janf. & Noris. 81

quadrare comminiscitur. Non est autem idem asserere actus necessario nobis inexistentes ex vitiatâ naturâ esse vituperio dignos, quod unicum Noris dixit, ac affirmare hominem, dum peccat, semper necessario, hoc est, sine libertate indifferentiâ peccare, quod Jansenius commentus est. Miserè verò Parallelista hallucinatur, dum Augustinum non legens, illa verba Apostoli de peccatis actualibus reatum

culpæ mortalis inferentibus, intellexit, cum de motibus indeliberatis, qui sunt tantum materialiter peccata, accipienda sint, quæ tamen pudori, ac vituperio subjacent, cum sint in genere malorum, ac displiceant Deo; hinc sancti viri nolent illos habere, & cum erumpunt, ipsos coram pudet, ac conantur, Deo adjuvante, suppressere.

GERMANITAS XIII.

Circâ gratiam sufficientem, quæ duas partes habet: Prima, non dari distinctam ab efficaci. Secunda, si datur, eam non dari omnibus.

Negat Jansenius dari gratiam sufficientem distinctam ab efficaci. Lib. 3. de Gratiâ Christi Salvat. cap. 5. pag. 113. Amisum est, inquit, illud pristinæ integerrimæque voluntatis æquilibrium. Non sufficit jam voluntati gratia quâ prodest ei lex, ac doctrina, si velit, sed agnoscenda est illa gratia, quæ re ipsâ faciat. Hæc verò gratia sufficiens. Non aliam agnoscit sufficientem: nisi hanc efficacem, quæ facit.

Rursum ibid. Quancunque gratiam potentialem homini sive justo, sive injusto, sive Judæo, sive Paganiano adesse statuamus, nisi ipsam donaverit voluntatem, & actionem, hoc est ipsum velle & operari, non est sufficiens gratia voluntatis, & actionis. Pag. 112. col. 2. in fine. Scopo Dei nihil magis repugnat, quàm si lex simul ac data est, sufficienti gratiæ adjutorio muniretur; & addit: Quid illi repugnat magis, quàm ut sufficienti potestate, quæ per adjutorium suppeditatur, se munitionem esse experiatur?

Pag. 76. lib. 2. de Grat. Christi Salvatoris cap. 21. col. 2. Angelis Sanctis, & Adamo antè peccatum Christi medicinalis gratia nullo modo erat necessaria, sed velle, & agere in eorum relinquebatur arbitrio: horum quicquam si homo lapsus jam etiam potest, nec gratiâ Christi medicinalis donet ut possit, & velit, liberè dico: gratis Christus mortuus est.

Pag. 82. col. 2. Aberrarunt qui nobis talem gratiam protulerunt: nempe ut sit quædam potentialis gratia, cum quâ homo credat, convertatur, operetur, si velit: sin verò nolit, nullus sequatur voluntatis, aut operationis effectus. Hactenus de primâ parte.

De secundâ. Non dari gratiam communem omnibus: Ac primam non dari Judæis ait Jansenius lib. de Gratiâ Christi cap. 5. pag. 227. in titulo cap. Non affuisse hominibus sub lege gratiam sufficientem, in tit. cap. 7. & in textu: Nullam omnino gratiam dabat.

De Infidelibus cap. 11. pag. 126. in titulo cap. infideles carent gratiâ sufficienti ad salutem, & in textu, ibid. col. 2. §. & quidè. Eos omni tali (sufficienti) gratiâ carere nullam in Augustini principiis dubitationem habet.

Quin imò contrariam sententiam, scilicet communem omnibus esse gratiam, dicit esse dogma Semipelagianum. Lib. 8. de Hæresi Pelagianâ cap. 3. pag. 183. in fine. Manifestum est Semipelagianis duo ista fuisse dogmata, quòd Deus vellet omnes homines salvos fieri, & quòd consequenter, in omnes gratiam suam profunderet, & ibid. supra. Semipelagianis omnibus gratiam dari volunt.

Noris in Vind. Augustin. pag. 43. lin. 36. col. 1.

Si Lex, ut obliget, semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam non fuisse amisam ex peccato Adæ, quod puto esse falsissimum. Et pag. 43. Oramus ad Dominum: quod si ita fuisset in potestate quomodo fuit antè peccatum, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur. Hæc autem quæ poscitur ad agendum, non est nisi efficax. Alia non datur, nec petitur, id est quæ dat solum posse, & est sufficiens, quam volunt scholastici.

Rursum pag. 43. lin. 55. col. 2. Hinc dictum Augustini: Fides impetrat, quæ Lex imperat. Ac per hoc dicitur Deo: Da quod jubes, Ideo enim lex jubet, ut admoneat quid faciat Fides, id est, ut cui jubetur, si nondum potest, sciat quid petat: Si autem continuò potest, & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante facit. Ex quibus patet quandoque auxilium proximum præstio esse, inquit enim (Augustinus) Si autem continuò potest. Igitur si quandoque ad est, & dat actum cum posse, non est illud sufficiens, sed efficax.

Ac ibidem pag. 43. col. 1. Gratiâ sufficiens ad observationem Legis necessaria amisâ fuit ex peccato Adæ; nec connexa erat cum Lege obligante: nam si Lex sola sufficeret, Christus gratis mortuus diceretur. Et eandem vim habet Apostoli ratiocinatio contrâ gratiam sufficientem, Si enim per hanc posset homo implere legem, ergo Christus gratis mortuus esset.

Pag. 42. col. 2. in fine. Cum instante præcepto homo non irrisorè, sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est non adesse in omnibus, & singulis momentis. Nam si ad est possibilitas, ut quid orant? pro efficaci, quia alia sufficiens non datur nisi ad possibilitatem; Quoad secundum pag. 43. lin. 44. col. 2. De Judæis; Lex non habet annexam gratiam proximè sufficientem. Et pag. 41. lin. 47. col. 2. Tantum abest, ut Lex homines adjuvaret, quin potius reos fecerit, sine gratiâ jubendo.

De Gentilibus, pag. 44. lin. 20. col. 1. Infideles peccant non observando legem, quandoquidem sine Fide manent sub lege præcipiente, non sub gratiâ proximè adjuvante: undè opera quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata.

Absolutè negat dari pag. 42. lin. 34. col. 2. Affirmat (Augustinus) gratiam ad singulos actus dari, non omnibus ministrari.

Itaque consentit cum Jansenio quoad Dogma Semipelagianum lib. 2. Histor. Pelag. cap. 11. pag. 125. lin. 33. col. 2. Capitale Massiliensium Dogma fuit communem omnibus esse gratiam.

In hac ſua multiformi Germanitate omnia ſulde- que agit, miſcet, confundit, ut teſſelatum illud opus in ſpeciem ſaltem promoveat. Et primò obicit Noriſio, quòd non admittit gratiam ſufficientem ab efficaci diſtinctam. In hanc certè opinionem ſe olim deſcendiſſe teſtatur Macedus tom. 2. Collat. 7. diſf. 3. ſect. 7. pag. 362. *Nilominus, inquit, auctor ſum ad- jutorium illud ſine quo non dari in ſtatu ruinae poſt pec- catum. Novum id videbitur novis Auguſtinianis, & non paucis in Auguſtino verſatis: nam & mihi aliquan- do aliter viſum fuit. O virum candidum ac ingenuum!* Fateatur ſe eo in dogmate olim Janſenizaffe. Ceterum hujus opinionis nec vola, nec veſtigium in Noriſii li- bris apparet. Equidè oppoſitum tradit in Vindiciis cap. 2. pag. 8. lin. 3. col. 1. quo loci præter gratiam efficacem probat ex Auguſtino dari etiã ſufficientem, cui reſiſtimus: *Palam ſit, inquit, quòſdam vo- canti Deo reſiſtere, quæ etiã ex cap. 11. de Correp. & Grat. deducuntur, cum adjutorium ſine quo non mini- ſtratum Angelis & Adamo ante lapſum, dari etiã in ſtatu nature lapſa quibusdam, aliis in penam peccati non dari ſcribit; cum, inquam, iſta docet, de alterâ Gratia ſpecie debili, incongruâ, & remotè ſufficienti loquitur.* Hoccine eſt non admittere gratiam ſuffi- cientem diſtinctam ab efficaci? Sed ad Senem opti- mum redeo. Hic cum loco proximè designato ſect. 9. pag. 374. col. 2. conceſſiſſet adjutorium ſine quo non ſtatù innocentiaè dari etiã in ſtatu nature lapſæ, palam denunciat nolle ſe hocce adjutorium gratiaè ſufficientis nomine appellare: *Auguſtinus, inquit, auxilium ſufficiens efficax dicitur, cum proximè ſufficiens eſt, imò non putat ſufficiens, quòd non habet effectum: & quidè meo iudicio rectè; nam ſi ſufficit, & datur, ut ſufficiat, cur non efficiet id, propter quòd datur? Quòd ſi non efficit, profectò non ſufficit.* At logoma- chiam, quando nullum de re ipſa diſidium eſt, om- mittamus, & propoſitiones ex Noriſii libris excer- ptas, ac cum Janſenianis à lepidiſſimo Paralleliſta collatas, diſcutiamus.

Et primò quidè hæc Noriſii dicta ex pag. 43. lin. 36. col. 1. Vind. recitat: *ſi lex, ut obliget, ſemper infert aſſiſtentiam gratiaè ſufficientis, ſequeretur gra- tiam ſufficientem ad obſervationem legis neceſſariam, non fuiſſe amiſſam ex peccato Adæ, quòd puto eſſe falſiſſi- mum.* At meherclè idem olim docuerat Macedus in Cortinà qu. 1. art. 9. p. 125. hæc de natura lapſæ pronuncians: *in hanc enim, AMIſſA GRATIA, & re- ſtitutione, incubuiſſe NECESSITATEM PECCANDI, quam ſine gratiâ vitare non poſſet.* Rurſus tom. 2. Col- lat. 7. diſf. 3. ſect. 7. pag. 363. col. 1. de adjutorio ſine quo non, quòd idem eſt ac gratia ſufficiens, ſcribit: *Nam illud adjutorium, cum eſſet gratia, ablatum eſt homini per peccatum.* Janſenius id erravit, quòd ad- jutorium ſine quo non ita amiſſum dixit, ut nulli peni- tūs detur in ſtatu nature lapſæ, cum omnis gratia Chriſti Redemptoris meritis nobis collata ſit efficaci, nulla purè ſufficiens. At Noris cum Macedo etiã gratiam ſufficientem in ſtatu nature lapſæ admittit, negans quempiam ſubefſe neceſſitati peccandi. Dein Paralleliſta opponit hæc Noriſium ſcripſiſſe pag. 42. lin. 61. col. 1. *Oramus ad Dominum: quòd ſi, ait, fuiſ- ſet in poteſtate, quomodo fuit ante peccatum, non utique poſceretur orando, ſed agendo potiùs teneretur. Hæc au- tem quæ poſcitur ad agendum, non eſt niſi efficaci; alia non datur, nec petitur, ideſt, quæ dat ſolum poſſe, &*

eſt ſufficiens, quam volunt Scholaſtici. Non poſſum no- ò indignari, dum tot calumniatoris præſtigias oculis luſtro. Non ſunt Noriſii verba quæ eidem impoſitor appingit. Sunt partim magni Auguſtini oracula, partim aſſutæ per calumniam appendices. Hæc loquitur S. Doctor lib. 6. Oper. imp. cap. 15. *Unde & Apoſto- lus dicit: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali, quòd ſi ita eſſet in poteſtate, quomodo fuit ante peccatum, priùſquàm eſſet natura humana vitata, non utique poſceretur orando, ſed agendo potiùs teneretur.* Porrò quis hominis audaciam non execretur, qui tam ſplendidam S. Auguſtini ſententiam, quam Noriſius recitavit, ſub hujus, non autem Auguſtini nomine publicat, ac unà cum Janſenii dictis damnandam, æquatâ lance ſuſpenderit? At vide, quàm aſtute dolos concinnet; etenim cum Noris illa ex Auguſtino recitet pag. 42. ille appellat pag. 43. ne Lectores tam grandem impoſturam advertant. Verùm aliam rurſus fraudem frauſus eſt; nam reliqua verba: *Hæc autem quæ poſcitur, &c.* de ſuo apoſſuit, ac ſub ipſius Noriſii nomine venditavit, ut eundem Janſeniſmi reum convinceret. An reponet, erraſſe typo- graphum, qui hæc poſtrema verba eodem caractere expreſſit? O impudentiam non ferendam! Itane ex laudatâ S. Auguſtini ſententiâ, excluſâ quacunq; gratiâ ſufficienti tum proximâ, tum remotâ, ſola gratia efficaci prædicanda eſt, ac ex conſequenti nulla alia, cui reſiſtatur, admittenda, qui Janſenii error eſt? Itaque, auctore Paralleliſta, S. Auguſtinus Janſeniſmi reus peragitur, ac unà cum Janſenio dam- nandus Chriſto iudici ſiſtitur. Progrediamur.

Tertiò recitat ex pag. 43. col. 2. Vind. hæc Noriſii ſententias. Rurſum ibidem. *Hinc dictum Auguſtini: Ri- des impetrat quæ lex imperat. Ac per hoc dicitur Deo: da quòd jubes. Ideo enim lex jubet, ut admoneat, quid faciatis fides, ideſt, ut cui jubetur, ſi nondum poteſt, ſciat quid petat. Si autem continuò poteſt, & obediens er facit, debet etiã ſcire, quò donante facit. Ex quibus patet quandoque auxilium proximè præſto eſſe; inquit enim (Auguſtinus) ſi autem continuò poteſt. Igitur ſi quando- que adeſt, & dat actum cum poſſe, non eſt illud ſufficiens, ſed efficaci.* In hac accuſatione Paralleliſta bina S. Auguſtini teſtimonia, quæ Noris ex diverſis S. Docto- ris libris recitavit, in unum conflavit, altero tamen de- tonſo; ſed quòd integer ſenſus habetur, nullam eidem quæſtionem facio. Præterea admitto quòd de ſuo in- fert, *ſi dat actum cum poſſe, eſſe efficaci, quòd Macedus ac Noriſius proximè ſufficiens appellant.* Diſputat eo loci Noriſius de auxilio tantum proximè ſufficienti negans hoc ſemper adeſſe, cum ut plurimum ſit præ- cibus impetrandum. Porrò auxilium proximè ſufficiens eſſe idem ac efficaci auxilium pluribus probat meus Macedus tom. 2. Collat. 7. diſf. 3. ſect. 9. pag. 371. Pauca libeat exſcribere: *Concluſio ſit: Auxi- lium ſufficiens Auguſtinianum eſt illud remotum, quòd Suarius juxta Concilium Tridentinum expoſuit, & for- mavit, in eâ latitudine, donec perveniat ad illud com- plementum, quò conſtituitur INTEGRUM AUXILIUM PROXIMUM, reddens affectam potentiam PROXIME, & immediatè expeditam ad operandum, & tantum non operantem; nam quo puncto ita completum fuerit, eo fiet efficaci, & inſuperabiliter & indeclinabiliter, quæ duo ſunt Auguſtini verba, non neceſſariò tamen, ope- rationem inducet. Hæc ille pluribus probat, & qui- dem optime juxta Sancti Auguſtini ſententiam.*

Quar-

Quartò ex pag. 43. col. 1. Vindictiarum tradit Norisium scripsisse: *Gratia sufficiens ad observationem legis necessaria, amissa fuit ex peccato Adæ, nec connexa erat cum lege obligante &c.* Fallit impostor; nusquam illa postrema verba eo modo Norisius pronuntiavit. Nam tantum affirmat, modò gratiam proximè sufficientem non esse connexam cum lege obligante, quæ tamen in statu innocentie connexa erat cum eadem lege ex S. Augustino cap. 11. de Correp. & gratia. Audiatur Macedus tom. 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 7. pag. 363. col. 2. ubi loquens de adjutorio sufficienti, ait: *Quod homini innocenti, & Angelis sanctis erat illud adjutorium ex aequitate debitum: & veluti connaturale; quod aliter est in statu nostro, qui est ruina, & peccati, cui erat ANNEXA GRATIÆ PRIVATIO.* Equidem idem Macedus in aureo illo suo Scrinio Augustini cap. 10. 11. 12. 13. & 14. fufissimè probat gratiam sufficientem amissam ob peccatum Adæ non omnibus reapse restitui. Ibi cap. 14. pag. 238. ait: *Ea sententia Augustini supponit sine ullâ fide, & gratiâ, id est sine ullo auxilio sufficienti peccari, quandoquidem opera ita operantium deliberata peccata sunt.* Certè qui peccat, agit contrâ legem prout obligantem ad actum oppositum. Igitur si sine ullo auxilio sufficienti peccatur, gratia sufficiens non est connexa cum lege prout obligante in statu naturæ lapsæ. Quomodo verò in eo casu salvetur libertas, ita exponit: *Et tamen supposito, quòd non habeat gratiam, adhuc peccabit: nam etsi sine gratia sit ad genus mali determinatus, non est tamen determinatus quoad speciem mali: undè adhuc manet cum potestate electivâ ad hanc vel illam formam peccati.* Has tamen in angustias haud Norisius redigitur, qui gratiam saltem remotam omnibus adesse fatetur, ut patet ex ejusdem testimoniiis laudatis ad Germanitatem 8. Enimverò Noris eâ paginâ 43. loquitur in hypotesi cum suo Basilio Poncio, quem ibidem commendat, nempe amissam fuisse ex peccato Adæ omnem gratiam, secluso beneficio Redemptoris, & addit stante hypotesi, adhuc legem habituram vim obligandi. Hoc in Dæmonibus ac reprobis hominibus patet, quibus nulla datur in inferis gratia sufficiens, & tamen peccant contrâ legem, quamvis quòd sint in termino, non indè novo demerito obnoxii sint. Profectò & Adam fuisset in termino damnationis, omni gratiâ privatus, nisi divina pietas eidem Salvatore præparasset, uti ex S. Innocentii Papæ decretis egregiè demonstrat Augustinus lib. 6. Oper. imper. cap. 11. & pluribus defendit Poncius toto capite 14. partis 1. Releçt. de gratiâ, cui consentit Macedus pag. 125. Cortinæ. Verba superius recitavi.

Quintò ex pag. 42. col. 2. in fine. *Cum instante præcepto, homo non irrisoriè, sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est non adesse in omnibus & singulis momentis. Nam si adest possibilitas, ut quid orant?* Et affluit hocce Scholion: *Pro efficaci, quia alia sufficiens non datur nisi ad possibilitatem.* Et hic solito more periodos mutilat, ut per dolum Germanitates similiores obrudat. Scribit Noris: *cum non irrisoriè sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet, signum est divinam gratiam necessariam ad exequendum opus imperatum,*

non adesse &c. Ad hoc ut homo exequatur opus imperatum, necessaria est gratia proximè sufficiens, seu efficax in actu primo, quomolibet illa efficacia explicetur. Ceterum Macedus illud Parallelistæ Scholion portento simile judicat, hæc mirabundus contestatus tom. 2. Coll. 7. sec. 9. p. 374. col. 2. *Scholasticorum quosdam velle, ut auxilium sufficiens in eo distinguatur ab efficaci, quòd nunquam habeat effectum, atque adeò nunquam efficax sit: quod quidem est alienum à mente Augustini, & liberè excogitatum.* Et paulò inferius dicit id esse mirabile, & incredibile. Itaque incredibilis Macedo est Parallelistæ propositio: *Gratia sufficiens non datur NISI ad possibilitatem.* Rursus illum qui orat, non habere auxilium proximè sufficiens ad faciendum opus imperatum, probat Macedus egregiè ex Sancti Augustini, ac Tridentinæ postèa Synodi verbis eadem sect. 9. pag. 371. quæ proximè recitabo in responsione ad Germanitatem insequentem XIV.

Transit Parallelista ad alteram partem Germanitatis: nempe gratiam sufficientem non dari omnibus. Hanc thesim, ò bone, per quinque capita Scrinii probavit Macedus à pag. 98. usque ad 241. fufissimè, eruditissimè, Augustinissimè; ita enim de se alicubi loquitur. Noris omnibus tum Judæis, tum infidelibus gratiam sufficientem remotam concedit, quam tamen infidelibus negat Macedus pag. 160. Scrinii. Jansenius gratiam sufficientem tum proximam tum remotam de medio sustulit, ac omnes qui culpas admittunt, penali peccandi necessitati subjecit, quæ de re inferius sermo redibit, & superius etiam satis abundè responsum est. Quod ex pag. 41. lin. 47. col. 2. recitat: *Tantum abest ut lex homines adjuvaret, quin potius reos fecerit sine gratiâ jubendo; est ipsissima sententia Sancti Augustini lib. de Grat. & lib. arb. cap. 12. Non quia, inquit, lex mala est, sed quia sub illâ sunt, quos reos facit jubendo, non adjuvando.* Concludit verò hancce suam Germanitatem Jansenianam: *Itaque consentit cum Jansenio quoad dogma Semipelagianum lib. 2. Hist. Pel. cap. 11. pag. 125. lin. 33. col. 2. Capitale Massiliensium dogma fuit communem omnibus esse gratiam.* Hic detruuncat periodum, ut invidiam augeat; nam ita planè Norisius scripsit: *Capitale Massiliensium dogma fuit communem omnibus esse gratiam; dari verò illam suismet viribus quærentibus, pulsantibus, petentibus.* Quæ sanè opinio erronea est, nec à Scholasticis defenditur; quamvis communem gratiam admittant. Nam Semipelagiani adstruebant communem gratiam ex parte Dei oblatam, non verò reapse hominibus datam; sed ad applicationem ejusdem merita naturalia regulariter requirebant, ut vel ipsi Antagonistæ Jansenii probant, Moraines disp. 10. sect. 3. num. 16. Decamps lib. 3. de Hæresi Jansen. disp. 8. c. 12. n. 8. & alii, in quo Jansenius falsus fuit, putans gratiam sufficientem ex Semipelagianorum opinione non solum omnibus oblatam, verum etiam datam fuisse, quod illi ultimum inficiabantur. At Scholastici qui communem gratiam offerri volunt, illam etiam de facto dari omnibus dicunt, nullis tamen naturæ humanæ meritis eandem cuipiam applicantibus.

Responſa P. Macedi GERMANITAS XIV.

Circà primam propoſitionem damnatam Cornelii Janſenii.

Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus ſecundùm præſentes, quos habent vires, ſunt impoſſibilia. Deest quoque illis gratia, qua poſſibilia fiunt.
Damnata in Bullâ Innocentii X. & Alexandri VII.

Conveniunt in principiis hujus concluſionis Janſenius, & Noris. Principia verò ſunt duo. Primum: in lege veteri Judæos caruiſſe gratiâ ſufficiente ad implenda præcepta legis; quia hæc non habebat gratiam annexam præcepto, & ſolum docebat homines confugere ad gratiam ſufficientem pro obſervatione præcepti. Secundum: neceſſariam prorsùs eſſe antecedentem orationem, per quam obtineatur gratia ad ſervandum præceptum, quæ ſine hujusmodi oratione non adest. Hæc duo principia ſunt communia ambobus auctoribus, & patet ex titulo de germanitate legis. Ita Janſenius ſapè, ac in primis Lib. 3. de Grat. Chr.

Salv. Et Noris in Vind. cap. 3. §. 6. Ubi diſerit de lege, & præceptis. Extendunt verò ambo iſtum defectum, & abſentiam gratiæ ſufficientis à lege, imò & pugnantiam cum lege ad omne præceptum in quocunque ſtatu ſivè Judæorum, ſivè Chriſtianorum, ſivè Infidelium, & negant ſervari poſſe præcepta ſine gratiæ per orationes actualæ impetratione. Hinc ſequitur iſta concluſio. Quandiù homo etiam juſtus eſt ſub lege præcipiente, carere gratiâ ſufficiente ad ejus obſervantiam, quia pro tunc præſtò non eſt talis gratia neceſſaria.

RESPONSIO P. MACEDI.

Non exſcribo hic propoſitiones quas Parallelas inducit, tum quòd eadem ſerè ſunt cum ſuperiùs adductis, tum quòd Noriſi dicta hic repetenda ſunt, ac eorum veritas demonſtranda, ſimulque error Janſenii deſignandus. Cum Noris ſcribit inſtante præcepto, deeſſe auxilium, non de remotè, ſed de proximè ſufficienti loquitur. Enimverò id patet ex locis ab adverſario appellatis. Nam pag. 43. lin. 42. col. 2. Vindictiarum ait: *Lex non infert potentiam PROXIMAM voluntatis.* Pag. 42. lin. 50. col. 1. *Quòd oramus, ſignum eſt divinam gratiam neceſſariam ad exequendum opus imperatum, non adeſſe.* Quæ de gratiâ proximè ſufficienti intelligit ex dictis ad ſuperiorem Germanitatem. Pag. 43. lin. 29. col. 1. legis hominem deſtitutum gratiâ PROXIME neceſſariâ ad opus implendum. Pag. 42. lin. 40. col. 1. inquit: *Non ſemper præſta eſt ILLUD adjutorium, nempe quòd habuit Adam proximè ſufficiens, ut ibidem probat.* Pag. 42. lin. 21. col. 2. *PROXIME ſufficiens;* lin. 52. *Potentiam PROXIMAM.* Quæ ſane omnia ad oculum legentibus patent.

Videſis cum Macedo Germanitatem germaniſſimam. Hæc loquitur tom. 2. Collat. 7. diſt. 3. ſect. 9. pag. 373. col. 1. *Nunc ſumimus ex quo id quòd ſatis eſt ad inſtitutum: nempe Auguſtinum auctorem eſſe adjutorium illud ſine quo non inveniri in ſtatu nature lapſe; ſed mutatum, deſlexumque: atque a deo multo miùs, quàm tunc ſufficiens; nam tunc ſatis eſſet omnino ex integro ad rectè operandum, nullo alio addito, ſed tantum accedente concurſu voluntatis ſanæ, & ſanctæ, & integræ. At nunc illud non omnino ex integro ſufficere propter infirmitatem & vitia, & corruptionem nature, niſi per novam virtutem augetur, & creſcat, ſine quâ eſt tantum REMOTE, & inchoatè ſufficiens, NON PROXIME, & perfectè ſufficiens.* Rurſus audiatur pag. 371. col. 2. *Evenim, inquit, cum illo auxilio aliquid poſſumus, & agimus, id eſt, parvum quiddam & imperfectum: atque ad hoc eſt illud auxilium verè & propriè ſufficiens, imò & efficaci ſuo modo, quia cum illo & poſſumus aliquid & agimus; reſpectu tamen actûs magni, & perfecti, atque omnino efficaciſſimi ad implendum mandatum, NON eſt PROXIME ac verè ſufficiens juxta Auguſtinum & Tridentinum, nam ad hoc aliquid, quòd magnum eſt, non poſſumus. Ecce*

enim ajunt: Facere quòd poſſis, & petere quòd non poſſis. Ex quo patet poſſe nos eo auxilio aliquid, id eſt, exile & facile. Aliquid non poſſe, id eſt, illud magnum & difficile, ad quòd ſumus ulterius adjuvandi à Deo, ut poſſimus. Adjuvat, ut poſſis: ergo quatenus cum eo poſſumus, ſufficiens eſt: quatenus verò non poſſumus, non eſt ſufficiens. Habes Macedi voces Noriſii linguæ conſonas, ac concordiſſimas. Ambo negant etiam inſtante præcepto, a deſſe ſemper gratiam proximè ſufficientem; at remotam Noris ſemper a deſſe fatetur.

Opponit alia quædam, quæ paucis diſcutiam: & primò dixiſſe Noriſium *fidem non poſſe movere hominem ad petendum divinum auxilium ad hoc ut poſſit implere præceptum, niſi Deus inſundat gratiam actualem, quâ homo moveatur ad orandum.* At hæc eſt communior Theologorum ſententia, qui docent habitus inſuſos fidei, ſpei, ac charitatis debere divinâ gratiâ excitari, ut in actus exeant. Legatur Suarez lib. 3. de grat. cap. 8. Vaquez 1. 2. diſput. 193. cap. 2. Unus mihi pro mille Macedus ſit. Hæc ſcribit in Scriptorio cap. 5. pag. 47. *Non ſolum datur gratia excitans propter difficultatem & excellentiam operis ſupernaturalis, quæ indiget excitatione potentia, ſed ex aliâ ratione conaturali, quæ poſtulat, ut habitualis virtus (ver. gr. fides) excitetur per motionem actualem, ut videmus fieri in hominibus juſtis & ſanctis, qui cum habeant gratiam ſanctificantem, & habitus inſuſos, tamen ſine actuali excitatione voluntatis, non poſſunt eos exercere.* Præterea in crimen vocat hæc Noriſii verba pag. 44. lin. 31. col. 1. *Infideles, cum in Chriſtum non credant, Dei gratiam ad implendam legem non petunt.* Ego certè puto illam eſſe Apoſtoli ſententiam; unde Macedus jure laudat Eſtium hæc ſcribentem: *Quàm multi verò tentati non petunt; imò quàm multi nec petere poſſunt: ii maxime qui Deum non noverunt; nam, quomodo invocant, in quem non crediderunt? Rom. 10. Lib. 3. de Clavibus cap. 3. pag. 176.* Quod planè certiffimum eſt, nam ex ſpe petimus à Deo, quem adjutorem credimus; quis verò quicquam petat ab eo, quem in mundo exiſtere neſcit? Igitur infideles quâ tales, hoc eſt, prout nullam vel natu-

Adversus Germanitates Jans. & Noris. 85

naturalem, vel supernaturalem Dei cognitionem habent, nullum ab eodem auxilium ad implendam legem petunt, imò nec petere possunt, dicente Apostolo: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?*

Adversarius ex pag. 44. lin. 4. col. 1. Janseniana larvæ, quam Norisio imponit, lineamenta desumit; ibi enim hæc leguntur: *Licet quis sit fidelis, non habet in singulis momentis præsens divinum auxilium ad orandum.* Pag. 43. lin. 27. col. 2. *Homo conatus facere, quæ præcepta erant.* (Ecce conantibus) Pag. eadem col. 1. *Dum petis, nondum habes gratiam.* (Ecce volentibus) nam qui petunt, volunt.

Hæc Parallelista. Erunt fortasse qui me otiosum hominem putabunt, qui tam apertis mendaciis refellendis tempus insumpserim. Equidem veniam peto; nam hisce fallaciis aperiendis stylum admovi, quòd scio, plerosque Norisii librum evolvere negligentes, imposturas mendaci Parallelistæ manu propinatas, sorbuisse, eidem ex affe fidem præstantes: nec defutere viri aliàs non indocti, qui eidem occiderint: *Euge, Eugepe.* Videfis interim, quos dolos nectat. Norisius paginâ illâ 44. lin. 4. col. 1. scribit: *Licet quis sit fidelis, non habet in singulis momentis præsens divinum auxilium PROXIME sufficiens ad orandum.* Item pag. 43. lin. 27. col. 1. ait: *Dum petis, ut possis, profectò sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratiâ PROXIME necessariâ ad opus implendum.* At Parallelista utrobique adverbium PROXIME malitiosè subtrahit, cum planè intelligeret unicâ illâ voculâ suam illam Germanitatem extingui. Sed hoc tam familiari Parallelistæ vitio omisso, Norisiani dicti veritatem ostendo. Etenim vel sermo est de fidei, cum nullum eidem præceptum instat, vel cum urgetur præcepto. Et quidem si non instet præceptum, non adesse semper auxilium sufficiens tradunt Bellarminus, Suarez, & ceteri Theologi; nam cum hoc auxilium nil aliud sit, quàm illustratio intellectus, & inspiratio voluntatis, quibus bonum nobis aperitur, ac dulcescit, cum aliis negotiis intenti sumus, planè experimur nullas nos tales illuminationes, aut inspirationes sentire. Itaque difficultas est, quando instat præceptum. Utro modo id Noris intellexerit, nescio; neque enim rem explicat, sed velut cursim attingit. At hoc alterum dubium liceat exponere, ne calumniator iterùm muginetur. Instante præcepto, potest fidelis in se recipere divinam inspirationem, quâ velit præceptum observare; hoc autem esse munus gratiæ tradit non uno loco Augustinus. Audiatur lib. 6. Oper. imper. cap. 11. *Sunt enim quos peccare ita delectat, ut nolint, oderintque justitiam, quam nec velle aliquis potest, nisi pareatur voluntas à Domino, ut ad perficiendam justitiam præcedat desiderium voluntatis, & paulatim effectus potestatis accedat, aliis citius, aliis tardius, sicut Dominus dedit, &c.* Cum Fidelis à Deo excitatus, vult facere Dei mandatum, potest velle id ipsum exequi suis viribus, putans se non indigere ulteriori auxilio Dei. Talem fuisse D. Petrum, ostendit Augustinus in lib. de Grat. & lib. arbitrio. Scribit cap. 15. *Ad hoc enim valet quod scriptum est: Si volueris, conservabis mandata: ut homo qui voluerit, & NON POTUERIT, nondum se plenè velle cognoscat, & oret, ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata.* Et cap. 17. initio: *Qui vult ergo facere Dei mandatum, & non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & invalidam.* Ex his eliditur Recentiorum sententia, qui potentiam proximam ad observandum præceptum semper adesse commentantur: Parvam illam & invalidam voluntatem Petrum habuisse

tradit ibidem Augustinus, quando dicebat *Domino: Animam meam pro te ponam; putabat enim se posse quod se velle sentiebat.* Et tract. 66. in Joan. *Quid in animo ejus esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat: Et in serm. 124. de temp. Per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adjutorio, promiserat se pro Domino moriturum.* Quare cum Petrus putaret se posse, eo errore deceptus, divinam gratiam ad observandum præceptum non petiit: Hinc dum sibi credit, ac fidit, non fuit proximè potens ad orandum; potentia enim proxima ad orandum præsupponit iudicium practicum propriæ impotentiae ad aliquid faciendum, quo postea dirigitur voluntas ad alterius opem implorandam. Hinc Fidelis volens servare præceptum, si de suis viribus præsumat, non est proximè potens ad orandum, cum ut talis sit, debeat priùs erroneum illud iudicium deponere. Ita aqua calida non est proximè potens ad frigefaciendum, sed ut talis sit, debet ab eadem priùs calor auferri. Profectò quis credat Fideles obduratos in malo, habere potentiam proximam ad orandum? Istis enim scelestissimis hominibus non pauci Theologi negant adesse divinum auxilium, plures remotum tantùm concedunt. Macedus, qui modò mihi pro mille est, hæc de eisdem sensit in Scrinio c. 11. p. 153. *Verum quidem est, istos peccatores induratos proximiis sæpe auxiliis carere, & remotis tantùm & remissis juvari, quæ tam ipsos leviter ac exiliter excitant, ut præ induratione vix satis sint, & nisi intenduntur à Deo, minimè movebuntur.* Optimè & egregiè. Sanè Judæi erant fideles, cum in Deum crederent, à quo legem acceperant. At hos ut plurimum præsumpsisse eandem legem suis viribus implere ex Apostolo ad Rom. 10. 3. sapissimè Augustinus affirmat. Legatur li. 3. ad Bonifacium c. 4. Ep. 144. Lib. de Grat. & lib. arb. ca. 12. De hisce Fidelibus scribit S. Doctor lib. 3. con. duas Epist. Pelag. cap. 7. *Putant enim se arbitrii sui viribus implere legem jubentem, & istâ implicati superbiâ ad gratiam non convertuntur juvantem.*

Jam verò illa Jansenii propositio damnata fuit ob postremam periodum: *deest quoque illis gratia, quæ possibilia fiunt.* Nam dum vir justus divinâ gratiâ excitatus, vult servare præceptum, & reapse conatur implere; si id non possit sinè ulteriori auxilio, per illammet gratiam, quam habet, potest vires majores à Deo petere; atque adeò non deest illi gratia, quâ præcepta possibilia fiunt. Profectò gratia, quæ est proximè sufficiens ad conandum, est etiam proximè sufficiens ad petendum alterius auxilium, cum facilius sit petere, quàm conari. Quare cum homo justus, divinâ gratiâ inspirante, vult ac conatur implere præceptum, & simul sentit se à carnali delectatione ad præcepti transgressionem impelli (hoc enim naturaliter experitur, cum tentatio sit motio violenta concupiscentiæ trahentis ad malum) potest Dei auxilium implorare; nam eo ipso quòd quis vult aliquid facere, ac cognoscit se nequam posse id suis tantùm viribus exequi, statim movetur ad petendum auxilium alterius. Eadem ergo gratia, quæ excitat nos ad volendum bonum, accedente cognitione nostræ infirmitatis à rebelli concupiscentiâ concusse, quæ nos proximè impotentes reddit ad bonum concupitum asequendum, cooperatur nobis, ut petamus auxilium proximè necessarium ad implendum præceptum. Quòd si quis sentiens in se cupiditatem boni divinitus inspiratam, suis viribus illud exequi præsumat, haudquaquam illi cooperatur gratia jam habita, ob impedimentum superbiæ, quod apponit. Jansenius lib. 2. de Grat. Christi ca. 27. negavit gratiam, quâ nobis boni cupi-

ditas inspiratur, sufficere ad orandum. *Hac igitur, inquiens, gratia, quamvis nullo modo sufficiat, ut homo Dei mandata operetur, ut Deum super omnia diligat, ut speret, UT ORET, ut credat; ad hoc tamen facit aliquid, ut illarum, vel alterius cuiusdam celestis rei liberas quasdam non voluntates, sed velleitates, vel complacentias explicet, &c.* At Augustinus laudato capite 15. de Grat. & lib. arbitrio dicit: *ut homo, qui voluerit, & non poterit, nondum se planè velle cognoscat, & oret, ut habeat tantam voluntatem, quantam sufficit ad implenda mandata.* Ergo supponit hominem cum illà solà gratià, quã vult servare mandatum, posse orare Deum, pro impetrando auxilio proximè sufficienti ad perficiendum opus imperatum.

Non possum hic omittere insignem calumiam, quam Parallelista Norisio importat scribens, hunc dixisse necessariam prorsus esse antecedentem orationem, per quam obtineatur gratia ad servandum præceptum,

quã sine huiusmodi oratione non adest. Mentitur sciens ac volens; nam Norisius oppositum planè docuit clarissimè, locupletissimo S. Augustini testimonio pag. 43. lin. 60. col. 2. Vind. ubi laudatà hac magni Doctoris sententiã: *Ideo enim lex jubet, ut admoneat, quid faciat fides: id est, ut cui jubetur, si nondum potest, sciat quid petat: si autem continuo potest, & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante facit: statim infert Norisius: Ex quibus patet quandoque auxilium proximè sufficiens præsto esse, inquit enim: si autem CONTINUO POTEST.* Igitur auxilium necessarium ad actualem executionem præcepti quandoque continuo præsto est, aliquando est præcibus impetrandum. Hæc Norisii verba recitavit Parallelista in proximã Germanitate XIII. ut tùm memoriæ, tùm fidèi defectum pati videatur. Hac tam spleudidè mentiendi arte lepidissimas, bellissimas, germanissimas Germanitates sibi pingit, ac Norisio per dolum appingit.

GERMANITAS XV.

Circà secundam propositionem.

Interiori gratia in statu natura lapsæ numquam resistitur.

Hæc propositio Jansenii damnata est, quia tollit gratiam sufficientem, & solam efficacem ponit. Quam doctrinam etiam statuit Noris ex eodem principio Jansenii, quod est: *Omni gratiam peti à Deo, hanc autem non esse sufficientem, sed efficacem; ut patet ex orationibus Ecclesiæ, in quibus petimus non solam possibilitatem, sed cum actione, id est, gratiam efficacem.*

Jansenius lib. 3. de Grat. Chr. Salv. c. 1. p. 104. col. 1.

Tale adiutorium (sufficiens) repugnat precibus, quas Deus Ecclesiæ suæ tradidit, & inspiravit. Quis enim non videt pro illis, quibus sufficiens adiutorium præsto est, inaniter preces fundi? Nam quid stultius, quàm orare, ut facias (inquit Augustinus) quod habes in potestate?

Et lib. 5. de Grat. Chr. Salv. c. p. pag. 104. col. 2.

Augustinus semper illius gratiæ confessionem postulat, & illam ipse aserit, quã fit, ut operemur. Et pag. 207. Ut quæ non solum possibilitatem, hoc est potestatem agendi adiuver, sed etiam voluntatem, & actionem ut velimus, & agamus, quã operatur Deus in nobis velle, & perficere, seu velle & operari. Ibid. col. 2. Inspiratio dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, propriè gratia est. Præterea lib. 2. c. 17. pag. 65. col. 1. Oratio totius Ecclesiæ hoc probat, ut testatur Augustinus: Ipsa igitur oratio clarissima est, inquit, gratiæ testificatio. Rursum ibid. Audi Augustinum; impetrando quidè, oratio quidquid impetrat, evidenter donum Dei esse ostendit, ne homo existimet à se ipso sibi esse, quod si in potestate haberetur, non utique posceretur.

Noris in Vind. pag. 42. lin. 30. col. 1.

Scribit Augustinus libr. de Correp. & grat. c. 11. Adiutorium quibus datur, secundum gratiam datur, aliàs oratio esset superflua, Nam ait Augustinus lib. de Nat. & Grat. c. 18. Quid stultius, quàm orare, ut facias quod in potestate habes? Non rogamus, ut Deus det quod habemus, sed cuius maximè indigemus.

Pag. 42. lin. 22. col. 2. Necessitas orationis elucet, quã rogamus Deum, ut mandata ipsius implere possimus. Iterum: Homo non irrisorè sed veraciter debet Deum orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum.

Pag. 43. lin. 28. col. 1. Sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratiã proximè necessariã ad opus implendum: unde oras, ut eandem tibi Deus largiatur.

Rursum pag. 42. lin. 39. col. 1. In statu natura lapsæ non omnibus præsto illud adiutorium; etenim si in potestate haberetur, non utique posceretur; nam ut ait Augustinus, ipsa oratio clarissima est gratiæ testificatio.

Ibid. lin. 61. Aug. libr. 6. Op. imperf. c. 15. Oramus ad Dominum: quod si ita esset in potestate, quomodo fuit antè peccatum, non utique posceretur orando, sed agendo potiùs teneretur.

RESPONSIO P. MACEDI.

Antequam Macedi cum Norisio consonantiam subijciam, hujus à Jansenio discrepantiam recensebo. Noris in Vindiciis pag. 7. adductis S. Augustini testimoniis, probat nos gratiæ debili, incongruæ, ac remorè sufficienti resistere. Audias modò Janseniam lib. 2. de Grat. Christi Salvat. cap. 22. pag. 235. Nunquam, ait, in scriptis suis uniuersis Augustinus illam Christi internam gratiam congruam appellavit, multo minus incongruam: quod aliqui Recentiores ausi sunt. Addit: Ubi quod dixit gratia Dei semper est bona, non

alium sensum habet, nisi quod semper hominem efficiat bonum, & consequenter semper congrua sit. Hinc ibidem cap. 31. conatur explicare testimonium S. Augustini ex lib. 1. q. 2. ad Simplicianum, quo Noris cum Catholicis Doctoribus paginã illã Vindiciarum probat nos interiori gratiæ resistere. Accedat modò Macedus, ac suffragium de more Norisio meo, & quondam suo ferat. Hic tom. 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 7. pagina 362. colum. 1. ideo probat dari in statu natura lapsæ gratiam cui resistimus: *Quod*

Adversus Germanitates Janf. & Noris. 87

Quod tradat Augustinus quasdam gratias parvas, & remissas, non efficaces, & vehementes, quae in nobis efficiunt voluntates parvas, & infirmas, non validas & robustas, quibus praecepta non implentur, atque adeo cum his operantes, in lege Dei deficiunt, nisi ampliori gratia iuventur. Quae Augustini doctrinam, inquit, contra Jansenium probavimus dari omnino gratiam inefficacem, cui resistitur. Noris gratiam, cui resistitur, debilem ab effectu nuncupavit, quia nempe uti scite notat Macedus causat volitiones infirmas & non validas. Idem pag. 366. col. 2. ait: Gratia excitans interdum vincitur, cum parva est & remissa, interdum vincit, cum est magna & intensa, ut superet resistenciam voluntatis. Noris eo quod parva illa gratia ab opposita delectatione vincatur, debilem nuncupavit. Haec omnia colligantur ex Augustino lib. de Grat. & lib. arb. cap. 17. Qui vult ergo, inquit, facere Dei mandatum & non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & invalidam, &c. Praeterea insigniter imponit Parallelista, fingens Norim asserere: Omnem gratiam peri à Deo; hanc autem non esse sufficientem sed efficacem. Etenim dari quandoque gratiam proximè sufficientem ab observandum praeceptum, etiam si quis non oret, seu illam non petat, evidenter ex Sancto Augustino Norisius probavit,

uti in fine superioris Germanitatis ostendimus. Denique falsum est solam gratiam efficacem postulari à Deo, non verò sufficientem. De verba Macedi lib. 3. de Clavibus cap. 3. pag. 171. col. 1. In omni sententia Infidelibus saltem postulatur prima gratia, & multa alia, quae efficaces ex natura sua non sunt; postulantur enim illuminationes, & inspirationes communes Gentilibus, imò & externa praedicationes, quae ex se non sunt efficaces; quando autem Ecclesia petit illuminari Gentiles, non distinguit modos istos illuminationis efficaci, & sufficientis; sed indifferenter postulat, & procurat iis audientiam Evangelii, quae ad sufficientem gratiam plerumque pertinet. Noris in locis adductis à Parallelista non probat dari solum gratiam efficacem, qui Jansenii error est, sed gratiam proximè sufficientem non semper praesto esse ad observandum praeceptum, idque colligi ex orationibus. Macedus tom. 2. Collat. 7. diff. 3. sect. 9. pag. 372. col. 2. meritò hæc Suarji dicta laudat: Qui non potest, nondum habet auxilium proximè sufficiens: si tamen oret, recipiet illud, & jurabitur; & addit: Est omnino quod Augustinus. Hoc unum Norisius intendit. Habes ergo hujus omnimodam cum Macedo consonantiam

GERMANITAS XVI.

Circà tertiam propositionem.

Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed solum à coactione.

Parallelista huc transportat Germanitatem XII. ac recitata ibidem Jansenii, & Norisii testimonia iterum ad verbum recantat. Non sum tam prodigus temporis, aut verborum, ut velim cum fastidio Lectorum eandem cantilenam repetere. Augustini

verbis lib. 2. Oper. imperf. cap. 102. Parallelistæ garrulitatem castigabo. Jam responsum est; rogo te, aliquid dicere non potes: tace, si potes, sed quod pejus est, nec hoc potes.

GERMANITAS XVII.

Circà quartam propositionem damnatam Jansenii, quæ hujusmodi est.

Semipelagiani admittebant prævenientis gratia necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant heretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset voluntas humana resistere, vel obtemperare.

In hac propositione prima pars non traditur à Noris: quoad secundam aliqua similitudo est inter utrumque, non tamen ea satis exprimitur. In sensu aliquatenus conveniunt, in eo scilicet quod ambo negant gratiam illam, quam Adamus habuit, transisse ad statum naturæ lapsæ, affirmando amissam esse per peccatum Adæ. Cum autem ambo item doceant gratiam in statu naturæ lapsæ esse diversam, & comparatam per actuales orationes, ac proinde efficacem, conveniunt in eo quod ista gratia vertibilis ad arbitrium nostrum, quod potest ei resistere, vel obtemperare pro suo libito, non est gratia Christi,

neque habetur in statu naturæ lapsæ, quam gratiam vertibilem cum admitterent Semipelagiani, inferitur, sentire utrumque hujusmodi gratiam non esse conformem sententiæ Catholicorum, sed tantum Semipelagianorum; cum hac differentiâ, quod Jansenius dixit hanc opinionem esse heresim Semipelagianam: Noris autem tacuit. Assumptum verò, scilicet negari ab iis transisse gratiam primi status Adami naturæ integræ ad secundum statum naturæ lapsæ superius probatum est. Breviter dicam, quod sit satis.

Jansenius lib. 3. de Grat. Chr. Salv. pag. 105. Peccato perditum dicit, illud auxilium.

Noris in *Ynd.* pag. 43. *Amisum ex peccato Adæ pronunciat.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Hic jam tandem colores Parallelistam deficiunt; verum fucata quædam delineamenta conquirunt, ut

Germanitatem eo quoque in errore si non exactam exhibeat, at salutem adumbret. Attamen operam per-

perdit, falsisque semet, suosque imaginibus ludit. Videtis quàm diversum à Janseniano errore Norisii sententia vultum gerat. In Vindiciis cap. 2. pag. 8. lin. 3. col. 1. ait: *Palam fit quosdam vocanti Deo resistere, quæ etiam ex cap. 11. de Corrupt. & grat. deducuntur, cum adiutorium ministratum Angelis ante lapsum, DARI ETIAM IN STATU NATURE LAPSE quibusdam, aliis in penam peccati non dari scribit Augustinus; cum, inquam, ista docet, de altera gratia specie debili, incongrua, & remote sufficienti loquitur.* Itaque imponit Parallelista scribens, Norisium negare gratiam illam, quam Adamus habuit, transisse ad statum naturæ lapsæ. Profectò cum Macedo Norisium concinit; ille enim tom. 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 7. ex professo idem probat, ac satis validè pag. 363. col. 2. urget contrà Jansenium idem testimonium S. Augustini ex cap. 11. de Corrupt. & gratiâ. Cum verò dixisset adiutorium statûs innocentie fuisse ex æquitate debitum, & veluti connaturale, statim addit: *Quod aliter est in statu nostro; qui est ruina, & peccati, cui erat annexa gratiæ privatio.* Idem lib. 3. de Clavibus P. cap. 3. pag. 169. col. 1. ait: *Nam peccatum originale est conjunctum cum privatione gra-*

tia, quæ Deus hominem privare potest, non solum sanctificante sed etiam excitante, & sufficiente. Item in Cortinâ quæst. 1. art. 9. pag. 125. scribens de naturâ lapsâ, ait in hanc *AMISSA GRATIA, & restituitur non posset.* Igitur gratia illa sine quâ non Adami in statu naturæ sanæ, demerito peccati ejusdem, amissa fuit, atque inducta gratiæ privatio & necessitas peccandi. At beneficio Salvatoris eandem fuisse hominibus restitutam diserte ibidem Macedus ostendit, ad quem etiam Norisius accessit, admittens in hoc statu gratiam, cui resistimus, uti proximè recitatis ejusdem verbis ostendit. Jansenius semel amissam illam gratiam, nec unquam nobis restitutam, imò etiam si restitueretur, inanem ac prorsus perniciosam vocavit. Totus liber tertius de gratiâ Christi adversus illam gratiæ speciem depugnat. Quod priorem verò hujusce difformis Germanitatis partem attinet, non solum non traditur à Noris, ut ait Parallelista, verum etiam oppositum ab eodem passim adstruitur in Historiâ Pelagianæ libro secundo. Videatur cap. 23. & in Vind. pag. 106. col. 1.

GERMANITAS XVIII.

Circà quintam propositionem.

Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, aut sanguinem sudisse.

In hac propositione discrepat Noris a Jansenio quoad conclusionem, convenit quoad principium. Non protulit propositionem supradictam, sicuti protulit Jansenius. Verùm proposuit principium, undè illa tanquam conclusio deducitur. Principium autem est negare dari sufficiens auxilium omnibus. Ex hoc enim sequitur, Christum non fuisse mortuum pro omnibus. Fatetur hoc Jansenius lib. 3. de Grat. Chri. Salvat. c. 20. his verbis. *Aliud argumentum pro gratiâ sufficienti omnium profertur solet, quia Christus est Redemptor omnium, juxta illud primò ad Timotheum cap. 2. Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus nec enim redemptio omnium ullo modo videtur esse posse, nisi gratiam saltem sufficientem omnibus preparaverit. Quomodo enim est omnium Redemptor, ut ait quidam, si non impetravit omnibus auxilium, quo possint liberari?* Itaque Jansenius

negando gratiam sufficientem dari omnibus, consequenter negavit Christum fuisse mortuum pro omnibus. Undè sequitur Noris, qui cum Jansenio negavit dari omnibus gratiam sufficientem, teneri ex vi consequentiæ negare redemptionem Christi pro omnibus. Negasse vero utrunque universalem istam gratiam patet ex superius dictis, quæ non oportet repetere; tractando enim de Hebræis, & infidelibus perspicue dixerunt: Non omnibus gratiam præstò fuisse. Uerum quidem est, Noris metu istius consequentiæ posuisse auxilia quædam remota scilicet in Vind. pag. 44. col. 1. & pag. 45. col. 1. Sed ista auxilia remota posuit perfunctorie, ut non excusaret à peccatis infideles. Nec enim possunt esse sufficientia illa auxilia remota, quæ non reponunt voluntatem in actu primo potentem operari.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hujus accusationis nervos non uno loco vir doctus infregit. Hæc ait in Scrinio cap. ultimo pag. 233. *Quintum argumentum à Redemptione universali petitur, non indiget solutione, cum toties animadversum sit à nobis multum interesse inter redemptionem universalem, & gratiam universalem: nam ut Christus sit mortuus pro omnibus, satis est obtulisse mortem suam pro omnibus, humanâ suâ voluntate: quæ si non acceptaretur à Patre, non sequebatur ex eâ Gratia universalis, quæ ex divinâ voluntate pendebat: Undè & si admittatur Christus (quod fatemur) omnium esse Redemptor, non inferitur omnibus gratiam conferri, quemadmodum & in Cortinâ sæpè, & in Mente Innocentii, & ejus apologiâ diximus cum Vasquio 1. p. d. 96. cap. 3. præter alias quas ibi adduximus rationes, quibus ea propositio vera sit, NEC TAMEN INVOLVAT CONSEQUENTIAM GRATIÆ UNIVERSALIS. Quæ re-*

petit lib. 3. de Clavibus in calce cap. 3. Vide quàm exactè Macedum Noris imitetur lib. 2. Hist. Pelag. cap. 15. pag. 146. lin. 62. col. 1. *Tertia thesis succedit: Christum non esse mortuum pro omnibus: Si explicetur, ita ut homines reapse futuri sint participes gratiæ datæ per Christum, non universè vera judicatur; etenim plerique nec infirmi subfellii parvulos in utero matrum decedentes nullam Christi gratiam participare existimant. Si verò meritis infinitis sanguinis Christi, vel humana ejusdem voluntati omnes salvare cupienti, derogare velit, prorsus reiicienda est.* Profectò omnia dixit Macedonicè: Non ovum ovo similis est. Macedus per plura capita in Scrinio negavit dari omnibus gratiam sufficientem, ac sequi inde negavit, Christum non esse mortuum pro omnibus. Verùm Noris omnibus auxilia saltem remota concessit, undè ab illâ consecutione Parallelistæ minus sibi timen-

mendum putabit. Illa auxilia remota sunt debiles, ac tenues gratiæ motus, quibus si homo infidelis non resistat, majori gratiâ donabitur. Constituunt voluntatem in actu primo potentem operari actus debiles, eidem gratiæ proportionatos, quos si eliciat, obtinebit potentiam proximam servandi mandata, uti docuit Macedus Collat. 10. differ. 3. sect. 9. ubi

fusè de auxiliis istis remotis disputat. At Jansenius lib. 3. de Grat. Salvat. cap. ultimo negat Christum habuisse voluntatem salvandi omnes: *Vanum*, inquit de reprobis, *pro talibus salvandis servâ voluntate pati ac mori*, *vanum pro talibus à perditione decretâ liberandis*, *offerre Patri vota, preces, mortem, ac sanguinem suum.* Hæc Jansenius.

Parallelistæ Epilogus,

Quantum ad historiam. Contuli quidquid scribit Henricus Noris de Historiâ Pelagianâ, & comparavi cum iis, quæ scribit Cornelius Jansenius, & reperi omnia penè esse similia, & quamquam auctor de Historiâ Pelagianâ in quibusdam discrepet à narratione Jansenii, ea sunt paucissima, & leuissima. Observavi enim rarè ab illo citari Jansenium, idest octotantum vicibus, cum tamen alios, inter quos est Vossius, & Usserius, sapius alleget, ne videatur Jan-

senium transtulisse, nec mihi ista suspicio imputanda est malevolentiæ, cum ego sum procul ab isto vitio, sed debui suspicari de cautelâ istius Scriptoris, noluisse illum argui de transferendo Jansenio, adeò ut in enarrandâ vitâ, describendis meritis, & artibus, & erroribus Pelagii, & Pelagianorum, & Semipelagianorum, appareat ejus librum esse breviarium Historiæ Jansenii, quem item sequitur tribuendo Origeni fontem, & originem hæresis Pelagianæ.

RESPONSIO P. MACEDI.

Fabularem & invidiosam hominis calumniam exufflat Macedus in calce apologetici adversus notas nobilis Critici pag. 109. *Inspiciat*, inquit, *inter Patres Augustinianos P. Henricum Noris in Scholis Theologicis & Ecclesiasticis spatius versatissimum, qui Spes Ordinis altera & Urbis, magno succedit Onuphrio, & nuper INSIGNI edito de Historiâ Pelagianâ VOLUMINE ingentem sibi gloriam comparavit.* Item tom. 2. Collat. 10. diff. 2. pag. 579. col. 1. *Accedit illustris & recens auctor Augustinianus P. Henricus Noris Veronensis, qui in suo ERUDITO LIBRO de Historiâ Pelagianâ &c.* Profectò si Jansenii historiam exscripsisset, turpissimi plagii reus, in summâ apud eruditos infamiâ versaretur, ac planè ineptus censendus foret Macedus, qui nuperam cornicem alienis plumis ornatam, tam grandi elogio excepisset. Quis autem à risu temperet inaudiens *Noris librum esse breviarium Historiæ Jansenii?* Nam Jansenii historia primo statim libro prioris tomî continetur, ac citrà quadragesimam paginam ad umbelicum redigitur: Historia verò Norisii ad paginam cccxxxvi i i. (primæ edit. Pat.) extenditur. Meherclè aut Norisius verbosissimus Epitomistes evasit, qui summarium Janseniani voluminis hoc ipso quadruplo (ob characteres in Jansenii libro minores quicquam summæ detraho) prolixius concinnavit; aut certè Parallelista putida mendacia in Lectorum ora ructatur, qui Norisii libros tam diffusos, tam extensos, unius longè minoris Janseniani voluminis *breviarium* appellaverit. Hæcine tam palmaris impostura *imputanda est malevolentia?* Ita sanè qui oculis valent judicabunt, quantumvis clames ac reclames: *sum procul ab isto vitio.* Credet Judæus Apella, non ego.

Historiam Pelagianam Annalibus Ecclesiasticis Baronius, vir maximus & incomparabilis inseruit. Verùm eandem postea Spartam aggressi sunt Vossius, Usserius, Jansenius, Rivius, ac Petavius, qui tamen posterorum ingenia ab eodem retentando opere neutiquam deteruere; etenim diligentissimi messorum eo in campo plurimas, quas alii quoque colligerent spicas, reliquas fecere. Et quidem quàm uberiores cæteris mensem tulerint seduli & accurati viri Joannes Garnerius, & Henricus Noris, illos solùm ignorare puto, qui utriusque libros ignorant. Cæterùm neque istos postremam tam vasto operi manum imposuisse nova P. Paschastii Quesnelli V. C. dili-

gentia monstravit; siquidem vir planè eruditus tom. 2. operum Sanctis Leonis Magni disert. 3. cui titulus est: *De Conciliis Africanis in Pelagianorum causâ celebratis, &c.* Baronii, Usserii, Jansenii, Norisii, ac denique Garnerii sententis in examen vocatis, multa scitè notavit, quæ memoratos Historicos fugere, vel minùs rectè eisdem descripta sunt; adeo vetustioris ætatis cimelia plurimum sæculorum caligine obsita, in obscuro latent, ut nondum, unâ dicam Baronii manu, sed nec à tot eruditis post Baronium scriptoribus in apertam lucem ex integro potuerint revocari. Hic tamen tuam, Lector optime, fidem, imò ipsius, si quam tot mendaciorum concinnator gerit, Parallelistæ conscientiam appello. Quanta meus Norisius ex Manuscriptis Vaticanis hæcenus ignorata protulit? Vbi nam Jansenius ea, quæ Norisius scripsit de Theodoro Mopsuestiensis, de Rufino scriptis, de Anniano, ejusque interpretationibus, de Juliano Pelagiani patriâ, nuptiis, Episcopali Sede, peregrinationibus, ac libris, de Erote, & Lazaro Episcopis, de Primatibus Numidiæ, de Constantino Imperatore, de Lirinensium origine, regulâ, ac doctrinâ, & id genus plurima Norisio præformavit? Nonne Norisius integro penè libro secundo Historiæ Pelagianæ res Semipelagianorum complexus est, quæ apud Jansenium tertiâ statim paginâ terminantur? Adde exactiorem chronologiam, in quâ ad amussim describendâ, tam sæpè Norisius insudat, cujus tamen curam sibi levem Jansenius fecit. Dies me, ac stylus deficerent, & planè maxima pars Norisiani voluminis recitanda foret, si pluribus tam impudentem, tam prodigiosam, tam ineptam Parallelistæ calumniam contunderem, & sanè Lectorum oculis diffidere viderer, quasi non statim vel solo indice capitum Norisiani operis lustrato, hujus à Janseniano volumine diversitatem intellexerent. At opponit Jansenium scripsisse lulentas Pelagianæ hæreseos lacunas ex Origenianis fontibus derivasse, atque Jansenio similiter Norisium loquutum esse. Verùm hoc ipsum Divus Hieronymus testatus fuerat in Epistolâ ad Ctesiphontem, his planè verbis Pelagium increpans: *Doctrina tua Origenis ramusculus est.* Videsne Origenem antè duodecim sæcula in ipsis Pelagiani erroris exordiis, apud Catholicæ Ecclesiæ Doctores eâ infamiæ notâ laborasse, quam à Jansenio primum im-

pac-

factam Origeni, & à Norisio postea exscriptam mentis?

Ex his, quæ cursum, & jam jam meas Athenas navigaturus, properante calamo, in literas misi, satis superque, Lector optime, intelligis spurias, quas larvatus Parallelista, invidiâ obstricant, Germanitates peperit, gerras esse germanas, distorta parallela, & supposititiam sententiarum multis parasangis distantium propinquitatem, ut meherclè cæcutire censendus sit, qui earundem nothiam tam claram, tamque manifestam non videat. Ea tamen est calumniatorum garrulitas, ut cum utramque accusationum manticam excusserint, eandem cum Lec-

Nomine mutato, plures cum veste cucullos

Induis, ut multi sic videre viri.

Proderis unus homo: Protei sub imagine ludens;

Dum vario nescis reddere verba sono.

Equidem frater Hilarius fabellam, quod nova videatur, à Macedi laudibus exorditur, atque in eandem definit, quas sanè non potui non lætis auribus ac cum plausu excipere, in illas subinde voces erumpens: *Euge: Euge:* video enim Macedi, ut potè laudatissimi viri, advocacioni, quam suis in libris Norisio adeò liberaliter commodavit, plurimum ex tot elogiis auctoritatis pondus accedere. Illud doleo, quod tantis Macedi encomiis rancidas contra Norisium satyras inseruit. Haud tamen vacat veteres calumniarum strophas toties mihi retextas, iterum referre. Unum quod emissitios adversariis oculos antea fugerat, intentatum modò Norisio crimen discutiam, quod ejusdem accusatoris verbis expono: *NOS DICIMUS: Cælestinus Papa indixit Concilium generale Ephesinum: Theodosius Imperator condixit locum Concilii. VOS DICITIS lib. 2. Hist. Pelag. pag. 116. Non Pontifex Cælestinus, sed Theodosius Imperator indixit generale Concilium Ephesinum;* & statim exclamat: *Hinc estis Janseniani, Bajani, & Norisiani.* Quod verò Noris Epistolam Theodosii ad Sanctum Augustinum, in qua dicit Synodum à S. D. N. Cælestino indictam, apocrypham appellavit, vah quales tragedias excitat, quos ejulatus sustollit! Siquidem pag. 8. recitatis his Norisii: *Non Pontifex, sed Imperator sacrâ divali Synodo indixit,* statim addit: *Quæ sine dolore legi, & sine horrore audiri non possunt; & tamen iste liber toleratur, & laudatur à Patronis, & fautoribus Henrici Noris, cum debuisset proscribi, & vetari.* Simplicitissimi adeò viri dolor, & horror sum mihi, fateor, excutiunt. Quid, mi Lector, hoc homine faciemus, qui tam supinâ rerum Ecclesiasticarum ignorantia laborat? Incredulitate calumniatoris imperitiam, & tam ineptam, quam Norisio publico in Pisano Athenæo Ecclesiasticæ historiæ Professore intentat, accusationem severioribus verbis percellam? Hanc à me superi mentem avertant. Imò in animum induxi charissimum fratrem Hilarium, quod in Ecclesiasticâ historiâ totus hospes est, amicâ manu prehensum, ad ipsa vetustioris Ecclesiæ sacraria deducere, atque è Sanctis Ephesinæ Synodi codicibus veritatem, quam nescit, benevolè ac gratis aperire. Da aures, Hilari frater, nam Cælestini Papæ verba sunt in Epistolâ ad Theodosium, qui eundem ad Synodum Ephesinam per literas invitaverat: *Huic Synodo, quam esse JUSSISTIS, nostram presentiam in his, quos misimus, exhibebimus.* Audin quæ loquatur? Non dixit: *quam esse iussimus;* sed: *quam esse iussistis.* Itaque vides iussu

torum fastidio cantilenas cantent, ac recitent. Etenim, ut initio præfatus sum, ille multorum nomen, ac multiplicis patriæ Proteus, qui dudum in scenâ Risbrochium Sarmatam, Hausenum Germanum, postea Guidicciolanum Insulbrem, ac tandem Humbertum Aboriginem luserat, nuperrimè fratris Hilarii Dalmatæ soccos induens, eandem omnino fabulam Illyricis tamen fistulis [apage: ne has inferas, mi doctissime Bartoline, tuo erudito, quod modò edis, de tibiis volumini] intercalari carmine: *NOS DICIMUS &c. VOS DICITIS &c.* lepidissime mixtam exhibuit.

peratoris Synodum coactam. Recitatur hæc Epistola act. 2. Synodi Ephesinæ pag. 619. edit. Labbei. Ascende, quæso frater Hilari, ad Actonem III. & hoc ipsum Philippus Romanæ Ecclesiæ Legatus ad eandem Synodum à Cælestino missus, tibi indicabit. *Sanctus, inquit, beatissimusque Papatifer Cælestinus Episcopus, nos ipsius presentiam suppletis, ad hanc sanctam Synodum misit: quam quidem Synodum convenire JUSSERUNT humanissimi, Christianissimi que IMPERATORES, memoriâ retinentes, & perpetuò custodientes fidem Catholicam, &c. Synodum ergo, ut supra diximus, INDIXERUNT, id unum spectantes &c.* Pag. 626. edit. citatæ. En Apostolica Sedis Legatus Synodum ab Imperatore indictam locupletissimo testimonio pronunciat, secus planè asserturus, si à Cælestino, cujus legatum agebat, coacta fuisset. Agendum, frater Hilari, quid hac de re ipsi Ephesini Patres pleno ore loquantur, attende. Hæc scribunt ad Theodosium Imperatorem act. 1. pag. 567. *Vestra majestas Sanctas Ecclesias turbari, fideique & veræ pietatis dogmata adulterari non est passa: verum ex omni metropoli piissimos Metropolitanos qui Episcopos adducerent, & aliquos aliarum civitatum Episcopos ad diem Pentecostes convenire JUSSIT;* & in Synodicâ ad Cælestinum Papam pag. 659. *Cum pia Christi amantium Imperatorum edita, PER QUÆ fuimus EVOCATI, tempus Sanctæ Synodi consensui præscriberent diem Sanctæ Pentecostes &c.* Credisne ducentis & amplius testibus oculatis, qui Epistolam ad Synodum evocatoriam accepere, quive asserunt tum Synodum, tum diem Synodi ab Imperatore indictam? Vidisne Pontificiæ evocationis ad Concilium nullam omnino mentionem fieri à Cælestino, vel ab ejusdem Legatis, aut ab ipsamet denique Synodo, sed omnes contestari Imperatoris iussu indictam esse? Possem te ad Sacram evocatoriam à Theodosio emissam ducere, quæ 1. par. ejusdem Synodi cap. 32. recitatur. Verum ipsius Nestorii, qui in eadem Synodo damnatus est, testimonium liceat subjicere: etenim ex Marii Mercatoris, qui Constantinopoli Nestorium de facie novit, libellis hujus ad Cyrillum Epistolam V. C. Garnerius publicavit, in qua hæc scribit: *Placuit verò piissimis IMPERATORIBUS, Domino adjuvante, etiam Synodum inexcusabiliter totius Orbis terrarum INDICERE.* Profectò Theodosium ipsius Nestorii instinctu, Concilium indixisse probat P. Garnerius Jesuita Macedo laudatus scriptor. Adeas indicem (nam planè per indices tyrones, qualem te in historiâ Ecclesiasticâ video, studere solent) per-

et aliter notarum in M. Mercatorem & lit. T. hæc leges: *Theodosius junior Nestorii instans INDICIT Concilium Ephesinæ Generale*. Lustra paginam ejusdem voluminis 82. & hæc insuper leges de Ephesinâ Synodo. *Sunt qui credant indictam à Cœlestino Summo Pontifice*. At neminem designat. Visne, frater Hilari, tibi unum quempiam indigitem, qui in eâ opinione fuerit, quam ibidem validis argumentis vir eruditus impugnat? Is certè Jansenius Iprensis fuit, qui lib. 2. de Hæresi Pelag. pag. 30. col. 1. ait: *Coegit necessitas Cœlestinum Romanum Pontificem Ephesinæ Concilium Oecumenicum indicere*. Jam ne viges, jam ne sentis, Hilari, quantam ignorantiam passus sis, dum Norisio scribenti memoratam Synodum ab Imperatore coactam, tuo illo intercalari carmine insultasti: *Hinc estis Janseniani*; cum tu, tu quod illam opinionem attinet, Jansenio adhæseris, meus verò Norisius Sancti Cœlestini, ejusdem Legatorum, ac universæ Synodi voces exscripserit? Igitur reorbe, ò bone, tuam illam deridiculam cantilenam: *Hinc estis Janseniani*; ac tibi, si lubet, occinno. Debueras magnum illum Pontificem auctoritatis vindicem Bellarminum consulere, qui tom. I. lib. I. de Conc. & Eccles. cap. 12. hoc, unde fons & caput erroris tui, te docuisset: *Catholici munus convocandi Concilia generalia, ad Romanum Pontificem proprie pertinere volunt: sic tamen, ut possit etiam alius, Pontifice consentiente, Concilium indicere, quin etiam satis sit, si INDICATIONEM FACTAM ipse confirmet*. Hoc postremo modo habita est Synodus Ephesina, uti satis evidenter P. Garnerius demonstravit. Norisius priori modo à Theodosio indictam putavit; etenim lib. 2. cit. pag. 115. col. 2. in fine scripsit de Theodosio Augusto: *Cum Cœlestino Pontifice egit de Synodo Oecumenicâ cogendâ, quo ANNUNTE, Synodum ad festum Pentecostes A. 431. apud Ephesum indixit*. Ille tamen ad Garnerii sententiam forsitan accedet.

His de indictâ Synodo adnotatis productas Theodosii literas ad Augustinum discutiamus. In primis verborum contextus non unus est apud eos Scriptores, qui easdem publicarunt. Etenim Ludovicus ab Angelis Lusitanus hocce earundem fragmentum refert: *Decrevimus ad S. D. N. Cœlestinum totius Ecclesie Aristitem scribere, Concilium cogat, observato antiquitatis more, & ut nostrum pelus agnosceret, rogavimus: eligeret, quam volet, nostri imperii civitatem*. At P. Campus Hispanus apud Aloysium Torellum in sæculis Augustinianis A. 431. ita Theodosium scribentem exhibet: *Proposuit nobis esse opem ferre S. D. N. Cœlestino, Episcopo universali totius Ecclesie, nimirum ut secundum receptam à majoribus consuetudinem, Concilium celebretur. Prout hoc votum nostrum Catholicum planè intelligat, liberum facimus, ut ex omnibus quorquor nostro parent imperio, civitatem aliquam seligat, &c.* Quis hisce invicem collatis, non statim earundem literarum fidem in dubium vocet? Nequè enim Theodosius Græcè scripsit, ut ea diversitas interpretibus adscribi possit. Et quidè titulus *Dominus Noster* id temporis erat proprius character Imperatorie dignitatis, undè Augustorum nominibus in nummorum, ac lapidum inscriptionibus sub hisce notis *D. N.* præponebatur. Unus Maximus, qui imperium invasit, literas ad Siricium inscripsit: *Dominus verè Sancto Apostolico viro Siricio S. At Dominum Nostrium neutiquam appellavit*. Ipse Theodosius in literis ad Valentinianum, & Augustas Leonem magnum nominans, nusquam Dominum nuncupavit. Deinde quod in priori exemplari legi-

tur: *Concilium cogat*, falsum esse monstravi. At quod in altero scribitur: *Proposuit nobis esse opem ferre S. D. N. Cœlestino Episcopo universali &c.* pari vitio laborat. Etenim Cœlestinus coactâ Romæ Synodo Nestorii hæresim damnaverat, anathema atque depositionem eidem interminatus, nisi palinodiam caneret, *intra decimum*, inquit, *diem à primo innovescens tibi hujus conventionis die numerandum*. Data sunt literæ A. 430. die 11. Augusti. Cum verò Epistolam per Possidonium ad Cyrillum Alexandriæ Antistitem misisset, ut eandem postea ad Nestorium perferendam curaret, Cyrillus universam *Ægypti Synodum* indixit, uti legitur act. 1. Synodi Ephesinæ pag. 504. editionis Labbeanæ, in quâ iterum Patres Nestorio sacris interdixerunt. Dum hæc in *Ægypto* geruntur, Nestorius rei suæ consulturus, Theodosium adit, ac Cyrillum livoris ac pravorum dogmatum reum peragens, petit ut res in Synodo Oecumenicâ discutatur. Annuit Imperator, ac sacram ad Synodum evocatoriam publicavit. Cœlestinus in Epistolâ ad Constantinopolitanos disertè Nestorium *petitorem Synodi* fuisse pronunciat; & antea: *sacerdotale postulat, cui non erat interfuturus, examen*. Cæterum Theodosius sacram emisit die 19. Novembris A. 430. Cyrillus Legatos cum Synodicis literis ad Nestorium destinavit, qui eandem Hæresiarchæ publicè tradiderunt *die Dominico, cum Synaxis ageretur*: Act. 1. citatâ. Scribit Marius Mercator qui id temporis Constantinopoli degebat, Nestorium accepisse *litteras denunciationis VII. Idus Decembris*, qui planè fuit Dominicus dies Cyclo Solis XIX. Lunæ XIII. lit. E. At Nestorius sacræ Theodosianæ fisis, latam in se sententiam contempsit: nam hæc in divalibus literis continebantur: *Nullâ interim antè sanctissimam coactam Synodum, communemque ejusdem, quæ de omnibus dabitur, sententiam, factâ privatim innovatione*. Undè Nestorius futuram Synodum Cyrillo exauctorationem interminanti, obiecit. Verba superius recitavi. Ipse etiam Theodosius Cyrillum acriter per literas increpuit, qui livore actus, tantas Ecclesie turbas daret. Leguntur hæc literæ 1. par. cap. 31. Synodi Ephesinæ pag. 433. Ex his constat, satis insulse in pseudepistolâ hæc Theodosio scripta affingi: *Proposuit nobis esse opem ferre S. D. N. Cœlestino, nimirum ut Concilium generale celebretur*. Cum potius per indictam Synodum, damnato Nestorio opem tulerit, ac late in eundem à Cœlestino sententiæ Hæretici dolis circumventus executionem suspenderit. Ex his evidenter etiam evincitur, Synodum, inscio Cœlestino, indictam fuisse, cum ejus publicatio antè novemdecim dies contingerit, quàm Cœlestini, ac Cyrilli literæ Nestorio traderentur.

Præterea hæc in pseudepistolâ Theodosius fingitur scribere: *Nestorius enim Episcopus; cum pietatem omnem, & sanctimoniam prius simulasset, ad extremum malitiam versipellis ingenii sui detexit; cumque Patris esset titulo insignitus, nobis inimicum se præbuit, factus ex Pastore fur, & latro, dum seminavit in vulgus nephariam hæresin in vituperium Redemptoris nostri ejusque sanctissimæ Matris &c.* Quis verò nesciat quàm propenso ergà Nestorium animo esset Theodosius, antequam in Synodo damnaretur? Etenim & Synodum petenti morem gessit, & tot turbarum causam in Cyrillum devolvit, qui invidus Nestorium oppugnaret. Imò in literis ad Synodum per Candidianum misis, scribit Irenæum Comitem nullas eo in conventu partes habere: *ut qui solius amici-*

ria caufa cum PISSIMO Neſtorio Ephſum profectus ſit. Itane piſſimum vocaſſet, quem ſciret furem, latronem, ac nephariæ hæreſis auctorem eſſe? Et hæc quidem ſcripſit, cum Neſtorius ad Synodum pergeret.

Denique in eadem pſeudepiſtolâ idem Theodoſius hæc ſcribit. *Rogaviſus, eligeret, nempe Cœleſtinaſ, quam volet noſtri imperii civitatem.* Profecto fecit loquitur Imperator in Epiftołâ ad Orientales ſcribens: *Deputaviſus enim Ephſiorum civitatem, terrâ marique percommođam.* Pag. 722. edit. citatâ. Verum ex ſubſcriptione mendacis manus impoſtura dignoſcitur; nam Epiftołâ dicitur *Dat. IV. Id. Auguſti Baſſo & Antiocho Conſ.* nempe altero menſe poſt abſolutam Synodum Ephſinam, Theodoſius ad eandem Auguſtinum invitaviſſet; que quid ineptius ſomnari poſſit non video.

Jam viſes, jam ſentis frater Hilari, quibus certiffimis Ephſinæ Synodi monumentis Theodoſiana illa pſeudepiſtołâ impoſtura arguatur. At inquis P. Dionyſium Vuerlenſem Capuccinum rogaviſſe per litteras Guardianum conventus Patavini, ut vetuſtum illius Epiftołæ exemplar apud Patres Sanctæ Juſtinæ perquireret, nam inde primùm exſcriptam teſtabatur Lancelotus in libro de Vitâ Sancti Auguſtini. Sed libeat tuis verbis tam bellam hiftoriam recitare. *Hæc Epiftołâ, inquis, acceptâ, miſit idem Guardianus Fratrem quendam nomine Alexandrum, qui ejuſ exemplum invenit in Patre Torello Eremitâ Auguſtiniano.* Adde eundem poſtea legiſſe Noriſium eandem Epiftołam reprobantem. *Quod cum vidiffet, inquis, P. Alexander Cappuccinus ſcandalizatus manſit... monuitque hæc de re ſuum Guardianum, qui zelo, & ſtudio pio & ſancto ſtimulatus ſcripſit Romam ad P. Reverendiſſ. Recanatam Concionatorem Summi Pontificis, virum multis inſignem virtutibus Capuccinum &c. Hic eſt eventus Hiftoriæ.* Meherclè non poſſum quin cum Martiale reponam.

Bellus Grammaticus; Bellus eſt Hiftoricus.

Nolo hic inquirere quâ fide illa narraveris, Atticâ-ne an Punicâ. Redi interim, redi fodes ad P. Alexandrum, ac illi meo nomine dicito apud Archivium Benediictini Cœnobii Theodoſianæ Epiftołæ exemplum inquirendum fuiſſe; non in volumine P. Torelli. Equidem cum putarem bonum illum Gamaliellem juſtum exemplar reperiſſe in vetuſtiſſimo codice, qui ultra nongentos annos cum blattis luſtatus fuiſſet, tu muſtam chartam produciſſe impreſſionis recentiffimæ. Addas etiam quòd nullo jure ſcandalizatus manſit, miratus unum Norim à reliquis omnibus ſuæ familiæ ſcriptoribus diſcordare; nam Joannes Rivius Auguſtinianus vir planè eruditus, & in ſacrâ ac profanâ Hiftoriâ ſummâ cum laude verſatus, hæc ſcripſit lib. 4. de Vitâ Sancti Auguſtini cap. 11. *S. 9. Sunt qui ſcribant hæc litteras Theodoſii Imperatoris ad Auguſtinum olim extiſſe, aut etiam nunc extare in Monafterii Patavini Sanctæ Juſtinæ bibliothecâ, ſed prout editas legi, ſuſpectæ fidei ſunt.* Hæc illi exponito. Teſtaris P. Guardianum ſcripſiſſe Romam ad P. Reverendiſſ. Recanatam. Jam te bellum Grammaticum dixi, qui ſapientiffimum P. Bonaventuram à Recineto in Picentibus Urbe non Recinetenſem, ſed Recanatam nuncupaveris. Cum fictitia illa Epiftołâ omnes mentis tuæ angulos occupaviſſet, de facili fictitium illud nomen commentus, Urbem in virum lepidiſſimè commutaviſti.

Tres poſtea Epiftołas ſubnectis, quarum priorem tui Stumelii nullius apud ſcriptores nominis, & alteram Anonymi ad Anonymum niſi morer; nolo

enim cum larvis luſtari. At tertiam luſtari eſſe Illuſtriſſimi Caramuelis, in quâ fatiſ prodigâ manu laudes in Macedum effundit, ac meo Noriſio minùſ ſe favorabilem præſtat. Hujus hocce initium: *Patres Auguſtiniani & Dominicani (undè undè nſcio) defendere ſolent Janſenium.* Aſt ego probe novi undè adeo ſiniſtram de utraque inſigni familiâ opinionem induerit. Vincentius Baronius Dominicanus, ac Franciſcus Faruacques Auguſtinianus Doctör Lovaniſſis piperatis ſcriptiſ Caramuelem perfricere. Inde etiam Caramuel Illuſtriſſimo Fagnano quo cum diſſentiebat, Janſeniſmum impedit, quem tamen juratus teſtis affirmem nunquam Janſenii librum viſiſſe. Vin liberè dicam? Illuſtriſſimus Caramuel quòd ſecundiffimo atque acutiſſimo ingenio pollet, hæc ſcribit in indice ſuorum voluminum ad calcem Theologiæ Moralis Fund. pag. 22. edit. Francofurt. Verbo: *PATRES.* Non multum ego temporis impendo, aut perdo in veterum libris legendis. Hinc apud ipſum quicquam novi ſemper Minerva parturit: Et quemadmodum in cæteris, in præſenti etiam volumine, quod de Architectonicâ ædificat, plurima tradet Vitruvio, quem uti antiquum ſcriptorem forte non leget, Serliis, Scamozzis, Palladio, aliſſique hætenus ignorata. At Noriſius, cum probe ſciat quàm curtam domi ſupelleſtilem habeat, ab antiquis eruditam ſtipem emendicat; neſcit niſi de commentario carioſo loqui; ex vetuſtioris Eccleſiæ monumentis antiquos annales concinnat; cum antiquariis altâ rubigine exefa numiſmata verſat, reverſatque Romanas inſcriptiones temporum injuriâ corroſas perluftrat. Hinc ſtudiorum diverſitas Illuſtriſſimum Caramuelem minùſ æquum Noriſio judicem fecit. Quòd veluti inſultabundus adjuſſit: *Videant Patroni & Favoſes Noriſi quem virum habeant adverſarium.* Deſine talibus. Jamdiu eruditi viderunt in Saule Ex Rege doctiffimi Sinnichii. Tu quoque videſis in laudati operis indice V. Caramuel, ita enim te decet libros conſulere. Interim non dubito, quin vir inſignis, & non uno mihi nomine commendandus tibi ſubiraſcatur, qui privatam illam Epiftołam, ſe inſcio, in vulgus emiſeris, ejuſque nomen tuis hiſce ſcriptiunculis inſerueris, quæ

Sunt Apina, tricaque, & ſi quid vilium iſtis.

Quò tamen te, ò Hilari, demerear, in animum induxi aliud te quicquam docere; nam inter propoſitiones Noriſii, quas cum eſſes Riſbrochius, inſuſſimè ſugillaſti, hanc num. xx. iterum te video in crimen vocare: *Nos dicimus, inquis, Papa quâ Epifcopus Romanus, quâ Patriarcha Romanus, quâ Papa Romanus ſemper habet primatum. Vos dicitis Diſſert. de Synodo V. pag. 65. Papa quâ Patriarcha Romanus eſt, non habet primatum ſuper alios Patriarchas.* Hinc eſtis Bajani, Janſeniani, & Noriſiani. Et dudum Dominus Riſbrochius pag. 171. uncialibus characteribus eandem theſim Noriſii inſcripſiſti; *CAVINISMUS Hemic Noriſi.* Hui quale monſtrum! Aſt Noriſi verba adducamus ex appellatâ Diſſertatione, ubi cum dixiſſet tres Sedes Patriarchales, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam à Divo Petro inſtitutas, addit: *Harum Præſules in aliquo conveniunt; in aliis verò plurimum diſcriminantur. Nam licet ſpectato jure Patriarchali, tres illi Antiftites æqualis ſint auctoritatis, ac nullus ab altero dependeat, jure tamen Papali uni Sedi Romanæ reliquæ duæ ſubiſciuntur.* Heu quàm longè ab Eccleſiaſticis monumentis, cum verba recitata Calviniffimi inſimulab-

deat, jure tamen Papali uni Sedi Romanæ reliquæ duæ subijciuntur. Heu quàm longè ab Ecclesiasticis monumentis, cum verba recitata Calvinismi insimulabas, peregrinabare! Da quæso, aures in ditionem meam. Quatuor Ecclesiasticæ Hierarchy gradus, quorum singulis specialis jurisdictionis competit, ab eruditis distinguuntur; nempe Episcopus, dein Metropolitæ, postea Primas seu Exarchus, denique Patriarcha. Et hæc quidem sacræ potestates pluribus communes sunt. His tamen omnibus Summus Pontifex Romanus, qui Papa dicitur, supereminet, ac in reliquos omnes jurisdictionem exercet. Porro Summus Pontifex Romanus unà simul est Episcopus, Metropolitæ, Primas, Patriarcha, ac denique Papa. Ut Episcopus Urbis Romæ sacra administrat, Clericos ordinat, conficit chrisma, & id genus alia peragit, quæ ceteri etiam Episcopi præstant. Verùm ut Metropolitæ propriam diocesim habet, nempe à Flaminia usque ad Siciliam. Hinc omnium illarum provinciarum Episcopos consecrabit, omnes ad provinciarum Synodum evocabit, Oratoria consecrandi facultatem eisdem dabat, &c. Hæc eadem potestate antè initium quinti sæculi pollebant Metropolitæ Aquilejenses ac Mediolanenses; neque enim eorundem provinciarum Episcopos Romanus Pontifex consecrabit, sed laudati Metropolitæ, quæ veterum Pontificum testimoniis probat ibidem Norisus pag. 67. Item iidem duo Antistites suas Synodos provinciales unà cum subditis sibi Episcopis cogebant, quod ex D. Ambrosii, Hieronymi, aliorumque veterum monumentis intelligitur. Præterea Pontifex Romanus erat Primas seu Exarchus totius Italiae. Hinc cum Mediolanensis Metropolitæ eligendus foret, Romanus Pontifex legatum Mediolanum mittebat, qui electioni interesset. Hoc probat Noris ex D. Gregorio Papa pag. 44. dissert. ejusdem. Præterea utriusque Metropolitæ consecratio ad Romanum Pontificem spectabat, licet ob longioris itineris molestias, mutuum utriusque consecrationem indultam fuisse testetur Pelagius Papa in Epistola ad Joannem Patricium. Hæc jurisdictionis appellatur primatialis, quam Papa cum aliis Orbis Christiani Primatibus Exarchis communem habebat, atque intrâ primatiale diocesim exercebatur. Denique Romanus Pontifex erat Patriarcha totius Occidentis, nempe totius Europæ usque ad Thraciam, & sex provinciarum Africae, quæ ad Imperatores Occidentis pertinebant. Patriarcha Antiochenus diocesim Orientalem: Alexandrius Ægyptiacam & Africanam usque ad confinia Tripolitanae regionis regebant. In eo conveniebant tres Patriarchæ, quod vastissimis præerant diocesibus, in quibus plures sibi subiecti Metropolitæ numerabantur; unde & numerosas Synodos celebrabant, Metropolitæ ordinabant, ac celebratas ab istis provinciarum Synodos confirmabant. Illorum erat omnes Antistites diocesanos Patriarchalis ad se evocare, judicatas ab eisdem causas retractare, appellationes admittere, Episcopos ac Metropolitæ in magnâ Synodo deponere, aliaque id genus exequi, de quibus Hallierus eruditissimè agit in prægrandi volumine de Hierarchiâ Ecclesiasticâ. Patriarchæ Alexandriae, & Antiochiæ omnia illa peragebant, nullâ à Romano Patriarcha prius facultate impetratâ, ex quo fit ut ad illa exequenda, pari cum Romano Patriarcha auctoritate, ac jurisdictione pollerent. Jam verò attendas, Hilari, Risbrochi, Humberte, seu quocumque nomine appellari velis, nam pari ignorantia ac petulantia unus homo insultatis.

Pontifex Romanus quæ Patriarcha habebat peculiarem diocesim, intrâ quam eam jurisdictionem exercebat, quam ad collegiarum Patriarcharum diocesim non extendebat. Idem sacra jura toti etiam Illyrico dicebat, Apostolicas ibidem vices Antistite Thessalonicensi sustinente. Hæc patent ex Pontificiis literis, quæ in Romanâ Synodo Bonifacii II. ab Holstenio inventa, & ab Eminentissimo Barberino sacri Collegii Decano magno Ecclesiasticæ eruditionis incremento publicata, leguntur. Hæc jurisdictionis Patriarchalis fuit ab Apostolis ordinata, non autem à Christo Domino Romano Pontifici collata. Hinc cum Atticus C-P. Illyricam diocesim invasisset, Bonifacius I. Papa ex decretis Patrum, integra sibi jura in illis provinciis servare conatus, Honorii Imperatoris opem imploravit, qui Papæ postulata Theodosio exponens: *Petit enim, inquit, ut hæc privilegia, quæ dudum à Patribus constituta, usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent*: Epist. 11. laudatæ Synodi. Cui Theodosius morem gerens, ibidem Epist. 12. rescribit: *Undè omni supplicantium Episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari, quod prisca Apostolica disciplina, & canones veteres eloquuntur*. Et idem Bonifacius Epist. 9. ad Episcopos per Thessaliam Attici rapinas increpans ait: *Leguntur etenim præcepta majorum, & quibus in Ecclesiis juris aliquid dederint, invenimus. Cum Anatolius Antistes C-P. secundum sibi locum inter Patriarchas vindicare conaretur, S. Leo Papa datis ad Imperatorem Marcianum literis, hominis ambitum perstringens: Privilegia enim, inquit, Ecclesiarum Sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicenæ Synodi fixa decretis, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari*. Cum verò jam inde à Leonis Isauri imperio Patriarcha C-P. Illyricum, Siciliam, ac Calabriam in suæ Sedis jura transcripsisset, Hadrianus I. ab Imperatore Constantino, & Irene Augusta petiit, ut ablata sibi redderentur; *Consecrationes, inquit, Episcoporum seu Archiepiscoporum, sicut olitana constat traditio, nostræ diocesim existentes penitus canonicè S. R. restituantur Ecclesiis*. Nicolaus I. Epist. 4. ad Michaelem Imp. in fine ait: *Volumus, ut consecratio Syracusano Archiepiscopo nostrâ à Sede impendatur, ut traditio ab Apostolis instituta, nullatenus nostris temporibus violetur*. Notes velim, Hilari, Hadrianum diocesim nostram dicere, quæ regionem significat, in quam jus quæ Patriarcha exercebat, ac proinde uti Patriarcham, habuisse particularem diocesim, sicuti alii Patriarchæ suas etiam peculiare diocesim possidebant; & jurisdictionem tum Patriarchalem tum Metropolitanam innixam dici *traditioni ab Apostolis institutæ*. Hæc tamen Patriarchica jurisdictionis potuit augeri, vel minui; imò nova etiam institui, uti contigit apud Sedem C-P. cujus Antistites in Patriarchas electi, tres autocephalos Primates anti-quarunt.

Verùm præter quatuor Ecclesiasticæ, seu sacerdotalis, ut veteres vocabant, dignitatis gradus, quos Pontifex Romanus cum aliis Episcopis, Metropolitanis, Primatibus Exarchis, ac denique Patriarchis communes habebat, quibus sigillatim peculiaris jurisdictionis competeat, particulari ac sibi tantum proprio honore, atque auctoritate in Petro Apostolo à Christo Domino decoratus fuit, quæ in Ecclesiam universam jurisdictionis eidem tradita est; undè universalis Episcopus jure dictus, quamvis humilitatis gratiâ id tituli recusavit. Hæc suprema dignitas papalis

jurisdictionis nomine modò venit, uti & solus Summus Pontifex jam indè à tot sæculis Papa nuncupatur. Hinc Gregorius VII. in Dictato can. 2. decrevit: *Quòd Papa est unicum nomen in mundo.* Et in Synodo VIII. act. 10. can. 21. jubentur singuli *omni reverentià & honore dignos judicare, præcipuè quidè sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandria, ac Antiochia, atque Hierosolymorum.* Ita vel ab ipsis Græcis uni Pontifici Romano titulus Papæ, aliis Patriarchæ delatus fuit. Hujus papalis jurisdictionis à Patriarchali distinctæ egregium testimonium habemus in Bonifacii Synodo superiùs memoratâ, in quâ Theodosius Echinienfis in Thessaliâ Episcopus sess. 2. his Bonifacium Papam alloquitur: *Constat venerandos Sedis vestræ Pontifices, quamvis in toto mundo Sedes Apostolica Ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, & solam Ecclesiasticis causis UNDIQUE appellare necesse sit; SPECIALITER tamè gubernationi SUE Illyrici Ecclesias vindicasse. Et nota sunt vobis omnium præcedentium Scripta Pontificum &c.* Ex his habes, frater Hilari, jus papale, ratione cujus undique nempè ex universo Orbe Catholico licet Apostolicam Sedem appellare, & illa judicatas à Patriarchis causas iterum recognoscere potest, injuriâ damnatos absolvere, injustè absolutos damnare; Synodalia Patriarcharum decreta reprobare; fidei dogmata definire, atque universis assensum imperare; Patriarchas ac cæteros Antistites Romam in judicium vocare; quæ sanè Romanus Præsul exequitur, non uti Episcopus Urbani districtus, non quâ Metropolitana, aut Primas Italiae, non quâ Patriarcha Occidentis, sed uti Papa per jurisdictionem sibi in Apostolo Petro à Christo collatam. Rursus intelligis Pontifices Romanos quâ Patriarchas Illyricum gubernationi suæ vindicasse.

Vin' exemplo hucusque dicta explicem? Leopoldus Pius, Felix, Augustus unus idemque est Imperator Germaniæ, Rex Bohemiæ, Archidux Austriae, Comes Tirolis &c. Quâ Imperator jus habet in universâ Germaniâ, comitia indicit, militum subsidia, annonam, hyberna imperat &c. quo jure etiam si careret, jurisdictionem tamen haberet in Bohemiâ, aliisque provinciis quas titulo Ducis, aut Comitis possidet. Itane Norisium Augustæ Majestatis reum perageres, si dixisset: *Leopoldus Augustus quâ Rex Bohemiæ, non habet primatum jurisdictionis in totâ Alemanniâ?* Imò si secus diceret, sibilis exciperetur. Audias modò omnium Jesuitarum post Petavium, eruditissimum Sirmondum lib. 2. Propemptici cap. 10. pag. 306. Sic, inquit, in Ecclesiâ Romanâ Antistite, qui unus omnes Episcoporum gradus & titulos amplectitur *DISTINGUENDA sunt JUR. A uniuscujusque potestatis: quid nimirum ab illo tamquam Episcopo in Urbe, urbisque parciâ geratur, quid tamquam à Metropolitano in Provinciâ Romanâ: quid ut Primas juris habeat in Italiâ: quid UT PATRIARCHA in Occidente, quid postremò UT PAPA, & summus Pontifex in Ecclesiâ universâ.* Audin ut vir, qui in Ecclesiasticis monumentis longissimam vitam vixit, Norisio eo in stadio lampadem prætulit? Nonne, ò bone, rubore suffunderis, qui tam supinâ in re Ecclesiasticâ ignorantia laborans, certam Catholicis Scriptoribus sententiam

nempè: *Papa Romanus quâ Patriarcha Romanus est, non habet primatum jurisdictionis* [nam dignitatis nec Hæretici inficiantur] *super alios Patriarchas, Calvinismi infimulaveris; unde ridiculus ille titulus tibi etiam somnatus: CALVINISMUS Henrici Norisii?* Lege Hallierum lib. 4. cit. cap. 3. art. 3. Lupum in notis ad cap. 5. Tertulliani pag. 157. si uni Sirmondo fortè non credis. Vereor tamen ne quòd debili es stomacho, tam multiplici eruditioni concoquendæ sis. Ubi, ubi eras dum de Calvinismo Norisii cogitabas? Certè extrâ tuæ Scholæ cancellos longiùs errabas. Tu cum sodalibus Scotistis formalitates, ac distinctiones ex naturâ rei propugnans; unde etiam dicis: *Homo quâ animal sentit, non intelligit; quâ rationalis intelligit, non autem sentit; licèt una eademque res sit, quæ & intelligit & sentit; nam sentire, quod est brutorum, & intelligere, quod competit substantiæ purè spirituali, in uno homine realiter, quamvis non formaliter identificantur.* Hæc probè intelligis; his enim vocibus vestra schola perfonat, in quâ tu quoque in limine hujusce trium foliorum voluminis nuncuparis *Lector Generalis.* Agedum cape etiam me magistro, quòd cum jura sacerdotalia distincta sint, ratione unius aliquid de Romano Pontifice affirmatur, quod ratione alterius negatur; quamvis uni eidemque Antistiti ea diversa jura competant. Ne tamen putes eadem formaliter tantum distingui: nam reapse potuerunt invicem separari; quâ de re consule Sirmondum laudato cap. 10. pag. 305. neque enim, cum hac in palestra tyro sis ac nondum Lector Jubilatus, omnia momento doceri potes. Cavesis tamen ne appellatam Sirmondiani voluminis paginam vertas; nam illa leges, quæ te vidisse pudebit. Eadem uni tibi in aurem insufurrabo: Hæc ipsissima contrâ Salmasium Sirmondus scribit pag. 307. *Stultum autem ac planè ridiculum, cum peculiarem Papæ provinciam sine injuriâ dici & esse non abnuas, specialem illi diocesim sine universalis diœcesis noxâ, tribui non posse suspicari.* Itaque tua opinio Salmasii Calvinistæ somnium fuit, qui negavit Pontificem Romanum quâ Patriarcham habuisse jurisdictionem solummodò in Occidente, quòd dictum Sirmondus *STULTUM ac planè RIDICULUM* ignominia causâ nuncupavit. Si vis ipsamet Salmasii verba, haud necesse est, te illius Eucharisticon emere; illa tibi gratis exhibet meus Norisius in eâ ipsâ pag. 126. Dissert. de Synodo V. ex quâ per summam, non dicam impudentiam, sed inscitiam, Calvinismi crimen concinnasti. Abi ergo jam tandem, Hilari, optimè à me edoctus, sententiam Norisii veterum Ecclesiæ monumentorum, ac insignium Scriptorum Catholicorum testimoniis firmari; tua verò opinionem esse *stultum ac planè ridiculum* Salmasii Calvinistæ portentum. Hanc tamen abs te grati animi vicem peto, ut in posterum fileas, ac tam imperitas manus ab Ecclesiasticâ historiâ abstineas, ne quemadmodum in præsentem contigit, eruditorum cachinnis excipiari; neque enim cæteri meam in respondendo patientiam atque modestiam servabunt. Hoc age, si sapias. Cæteras quas garris, Risbrochianas naniâs, exufflabo in confutatione pseudepistolæ, quam huic opellæ subijciam. Interim superi meliorem tibi mentem dunt. Vade ac vale.



*Æterùm antequam manum de tabula tollo, vos hic com-
 pellare libet, Macede, ac Noris, chara mihi capita,
 ac toties hac in opella laudata nomina. Utrumque ves-
 trum per sacra, qua vos inter tum Roma, tum Pata-
 vii tot annos vixit, amictia jura oro & obtestor, ut
 hancce apologiam grata fronte excipiat. Enim verò, ni mea me fal-
 lit opinio, spero fore, ut vobis hoc scriptum acceptum fiet, simulque igni-
 culos excitet, quibus mutuus vos inter amor iterùm accendatur. Jam
 satis, Amici, lusistis operam; jam satis rudibus batuistis; jam tandem
 mutuos in amplexus ruite, qui tanta sententiarum affinitate invicem co-
 pulamini. Noris, ò Noris, quantum gratiarum Macedo debeas, qui
 cum semel, & iterùm plurium errorum insimularere, illicò oppidoque
 editis abs se libris, non quidem solatio litis, sed planè virium auxilio
 venit, ut unus ille tibi Palladium sit, ac sacra anchora in tempestate.
 Macedus impactam tibi Baianismi notam, amica manu deterfit. Idem
 cum Fanseniana postea conspirationis à fallacissimo ac mendacissimo ad-
 versario accusareris, tam invidiosi hac tempestate nominis crimen à te
 procul excussit, ac toties per signatas tabulas, tradita abs te doctrina po-
 tentissimus suffragator accessit. Tantam quoque animi tui, Macede,
 fiduciam habeo, ut minimè verear, quin Norisum mea ad te manu de-
 ductum, hilari & serena fronte excipias, ac tuo in sinu tot jam clamo-
 ribus obtusum caput reclinantem foreas, simulque in certam, te patro-
 cinante, spem victoria erectum dimittas. Hic ille Norisus est, tuus
 I iii olim*

olim Romæ ac Patavii inter paucos amicus, tuus Hospes, cum primum Athenas Venetas appulisti; tuus Consus, cum ob illud ferè tibi ultimum epigramma, summo in discrimine versarere; tuus Encomiastes, tuique nominis, ac doctrina vocalissimus buccinator; tuus ille denique, qui unus tibi omnia erat. Vos, vos iterum per hospitales tesseras, per sacrum Amicitia Numen, per adoratum utriusque Augustini nomen, communemque in ejusdem castris militiam, contestor, ut literariis hisce dissidiis nec vestro nomine, nec posterorum dignis memoria, intermissis, animum ad pacem revocetis, & ne residua ira maneat, præterita osculis placeat aboleri. Aureis Augustini vestri, imò & mei in Epistola decimatertia ad Hieronymum verbis concludo. Hoc magnum & triste miraculum ex amicitiiis talibus ad has inimicitias pervenisse; lætum erit & multo amplius ex inimicitiiis talibus ad pristinam concordiam revertisse.



CONFUTATIO PSEUDEPISTOLÆ

Sub nomine P. Henrici Noris per dolum publicata.

Cuma Risbrochius nescio quis ficti nominis æque ac multiplicis imposturæ Auctor, famosum contra edita ab Henrico Norisio volumina, libellum evulgasset, idemque gravissimo statim Eminentissimorum Patrum decreto veluti in cunis suffocatus fuisset, egrè & acerbè latam in suum librum sententiam ferens, non jam aperto Marte, sed insidiis Norisum iterum oppugnandum suscepit. Itaque Epistolam quandam mendaci manu exaravit, eique Norisii in titulo nomen, quasi ab eodem scripta esset, affixit. Porro in hac dolosa scriptiuncula Norisius ob damnatum Risbrochii libellum, quasi juvenilliter tripudians inducitur; quippe qui sibi in Romano decreto victoriam canat, ac Augustinianos sodales ad epinicia grandioribus tibiis unà secum modulanda invitet. Fingit ipsum jactare eadem Risbrochii confixione non tam istius hominis asserciones damnatas esse, quam suas ipsius, quas ille perstrinxerat, theses albis Romanorum judicum calculis adprobatas, omni censurâ immunes evasisse. Næ meus Norisius adeò insigniter hallucinari potuit, ut tam præposterè judicaret? Nemo enim ignorat apologias non tam ob errores, quam ob effrenam conviciandi licentiam plerumque damnari. Cæterum impostor quò imperitis, vel etiam doctis, sed harumce rerum incuriosis, fucum faceret, indicem plurium propositionum Risbrochii subnexuit, quibus totidem ex Norisii libris antitheses opposuit, eâ planè fide, quâ Epistolam concinnavit. Equidem

huic bipedum mendacissimo non modò non indignor, verùm etiam nescio quid illi gratiarum me debere fateor; Etenim ne longiusculæ Risbrochianæ satyræ lectione fatigarer, universas ejusdem imposturas in supposititiam illam Epistolam, veluti in summarium, redegit; quamvis eo consilio id doli eum fecisse puto, ut sparsa toto volumine venena, in valentioris brevioris Epistolæ succum contraheret, quo statim Lectores tot errorum monstris deterritos, in Norisianarum thesum odium atque execrationem excitaret. At maximo tibi, ò mi Noris, solatio sit, quòd optimè noris summos plerumque viros fictitiis hisce literis in honoris, imò etiam in capitis periculum vocatos, qui tamen fraude calumniatorum detectâ, majori quàm antea famâ illustres evasere; ea enim est vis veritatis, ut cum mendacis penè oppressa, succumbere videatur, vehementiori impetu dolosa quæque adversariorum machinamenta deiciat. Enimverò spero fore ut Norisii sententiæ eruditorum judicio probentur, ubi palam fecero easdem doli tantum ac præstigiis oppugnari, ac adversarios easdem semper cantilenas cum lectorum nausèâ repetere: cujus sanè vitii ne reus sum, decrevi Lectores ad priores à me editas apologias remittere, ac paucis mentitæ hujus Epistolæ strophas confutare, quod ut brevius exequar Norisii tantum propositionum seriem, uti ab adversario deducta est, recitabo.

Propositio Prima. *Evidens sit concupiscentiam secundum propriam essentiam esse malam, non verò ob imperfectionem annexam.* In Vind. cap. 3. §. 2. Lege quæ scripsi in responsione ad Germanitatem tertiam.

II. *S. Augustinus admisit Manichæis hypothesein de concupiscentiâ secundum propriam essentiam malâ, et in eo sensu concessit Manichæis Deum esse laudandum, si cum eâ hominem condidisset.* Ibidem. Hac de re dictum est ad Germanitatem III. Et quidem dato quòd homo non potuisset condi sine concupiscentiâ, ita ut hæc esset proprietas inseparabilis, adhuc laudandum Deum tradit Augustinus, quia homo quamvis necessitate naturæ haberet concupiscentiam, nullâ tamen necessitate eidem consentiret, eum divinâ gratiâ contrâ illius impetus muniretur.

III. *Concupiscentia secundum propriam essentiam mala, prout est poena, intenditur à Deo sicuti mors.* In Vind pag. 16. lin. 8. col. 1. Ita planè docuit Sanctus Augustinus lib. 4. Oper. Imperf. cap. 32. & 33. Mors & concupiscentia sunt poenæ peccati originalis, ac mala homini Dei judicio ob culpam inflicta. Mors tollit esse hominis: concupiscentia bonum esse ejusdem. Lege Aureolum S. R. E. Cardinalem 2. sent. dist. 32. art. 2. ad 1. Neque consequens sit ut Deus dicatur velle peccata, quorum causâ est concupiscentia, uti Risbrochius objicit. Est Juliani sophisma lib. 4. cit. cap. 35. quod optimè dissolvit Augustinus exemplo subtractionis divini auxilii in pec-

nam præcedentium peccatorum; non enim quæ tunc consequuntur peccata, in Deum referuntur. His adde concupiscentiam inclinare tantum ad peccatum, quod tamen, nisi accedat liber consensus voluntatis, non perpetratur. Et Deus gratiâ sive proximâ, sive remotâ nos contrâ eandem concupiscentiam adjuvat.

IV. *Nisi intercederet concupiscentia, quæ est causa incurrendi peccatum originale, per simplicem concubitus maris & femine non contraberetur peccatum.* In Vind. pag. 38. Est mera impostura Norisio afficta, quam exullavi ad Germanitatem VI.

V. *In statu naturæ lapsæ non omnibus datur, nec præsto est adjutorium gratiæ sufficientis ad operandum urgente præcepto.* In Vind. pag. 42. Mutilat per dolum periodum; nam paginâ illâ 42. lin. 21. col. 2. scribit Noris; **PROXIME** sufficientis adjutorium non semper præsto esse. Repete dicta ad Germanitatem XIV.

VI. *Non datur gratia proximè sufficientis etiam in occasionibus servandi præceptum, nisi antecedit oratio actualis.* In Vind. pag. 42. 43. Nusquam hæc dixit Noris; imò oppositum luculenter demonstravit ex S. Augustino, uti patet ex dictis in fine responsionis ad Germanitatem XIV.

VII. *Reicienda est sententia illorum, qui dicunt gratiam sufficientem semper adesse, cum lex obligat.* Pag. 43. lin. 31. col. 2. Corruptit textum; nam

apud Norisium legitur: qui dicunt gratiam PROXIME sufficientem, &c.

VIII. Lex obligat, etiamsi non ad sit gratia proximè sufficientis. At hæc est communis Theologorum sententia, qui scribunt sufficere gratiam remotam. Ita Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 7. Ponticus i. p. relect. de grat. cap. ult. Suarez lib. 4. de grat. cap. 2. Maccus cap. 8. Scrinii pag. 81. Decamps lib. 3. de Hæresi Janf. disp. 8. cap. 11. Gonetus disp. 5. de reprob. art. 6. §. 2. &c. Plura habes in resp. ad Germanitatem XIII.

IX. Fides non potest movere hominem ad petendum divinum auxilium, nisi Deus infundat gratiam. In Vind. pag. 43. in calce col. 2. Et hæc est communior Theologorum sententia. Consule dicta ad Germanitatem XIV.

X. Nullis nisi volentibus & petentibus per actualem gratiam, datur gratia excitans, & vocans ad bene operandum. Pag. 42. 43. Est pura pura impostura, ut ostendi ad Germanitatem XIV. in fine.

XI. Homo antequam petat, & dum petit, stat sub lege præcipiente, & nondum habet gratiam sufficienter adjuvantem, nec potest facere quod iubetur, & pro tunc est illi præceptum impossibile. Pag. 43. Mutilat periodos, & postea addit de suo. Scribit Noris ibi. lin. 27. col. 1. Dum petis, ut possis: profectò sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratiâ PROXIME necessariâ ad opus implendum: unde oras, ut Deus eandem tibi largiatur. Vide notata ad Germanitatem XIV. Nusquam dixit Norisius: Et pro tunc est illi præceptum impossibile.

XII. Sola gratia debili nostra libertas restitit. Pag. 7. Vind. Cum quis ab alio vincitur, debilis apparet cum fortiori victore comparatus. Relege responsum ad Germanitatem XV.

XIII. Peccatum originale, & actuale, quod est poena peccati caret libertate indifferentiâ, & committitur cum necessitate. Pag. 39. Nugas loquitur, quas Norisius nec somniavit. Patet ex dictis ad Germanitatem XII.

XIV. Adamus in statu integro non debuit orare Deum, ut sibi ministraret vires ad mandata faciendâ, & postea tentatione inaniter petisset vires eidem resistendi. In Vind. pag. 42. Ita docuit S. Augustinus, ita Maccus, ut patet ex utriusque testimoniis laudatis ad Germanitatem II.

XV. Omnia opera infidelium sunt peccata. Pag. 21. & 44. Vind. Est mera calumnia, quam contudi ad Germanitatem X.

XVI. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Pag. 56. usquè ad 58. Repete dicta ad objectiones Guidicciolanas, & ad Germanitatem X. Legas, quæso, P. Contensonum insignem Ord. Prædicatorum Theologum tom. 5. dissert. 2. de grat. specul. 2.

XVII. Capitale Massiliensium dogma fuit: communem omnibus esse gratiam. Lib. 2. Hist. Pelag. pag. 125. lin. 33. col. 2. Detruncat sententiam, verbis sequentibus omisissis; est enim apud Norisium propositio complexa, & ly dogma cadit super periodum, quam omittit. Lege plura ad Germanitatem XIII.

XVIII. Homo justificatus in poenam peccati originalis incurrit privationem potentia proximè expedita ad perseverandum in semel acceptâ gratiâ sanctificante. In Vind. pag. 65. lin. 19. col. 2. Nata ob peccatum in homine concupiscentia, quæ etiam in iustis reperitur, potentiam proximè ad bonum expeditam, quæ fruebatur Adamus, sustulit. Repete dicta ad Germanitatem XIII.

XIX. Semipelagianus est qui non sequitur sententiam Augustini de constituto Dei prædestinantis ad gloriam, sine ullâ prævisione meritorum. Pag. 45. Mentitur insigniter. Nil tale in loco appellato legitur. Noris scribit Semipelagianos prædestinationem gratuitam averfatos fuisse, non verò illorum opinionem ab Ecclesiâ explicatâ definitione damnatam fuisse. Lege Gonetum disp. 2. de prædest. art. 1. §. 5. & quæ indicavi in responso ad objectionem XIII. Guidicciolanam.

XX. Satis est potentia remota cum gratiâ remotâ ad merendum, & demerendum. In Vind. pag. 42. Ita communiter Theologi, quorum aliquos laudavi superius ad propos. 8.

XXI. Pueri decedentes, in peccato originali, puniuntur poenâ ignis. In Vind. pag. 24. col. 2. Est sententia S. Augustini, ac plurimorum Patrum, & non pauci Theologi eandem sequuntur. Adeas Germanitatem VII.

XXII. Peccatum originale introducit per corpus in animam. In Vind. pag. 38. lin. 56. col. 1. Dixit Noris carnem esse veluti vehiculum peccati originalis. P. Maccus egregiè hanc sententiam defendit tom. 2. Collat. 8. differ. 3. sect. 5, pag. 448. Eiusdem verba recito in resp. ad Germanitatem VI.

XXIII. Papa Romanus quæ Episcopus Romanus, quæ Patriarcha Romanus non habet primatum super alios Episcopos, & Patriarchas. In dissert. de Synodo V. pag. 65. Hæc satis explicui in calce responsum ad Germanitates pag. 92. & 93.

XXIV. Imperatoris erat tempore Schismatis vocare Episcopos ad Concilium. Lib. 1. Hist. Pelag. pag. 51. Hic pariter detruncat periodum, ut invidiam augeat. Hæc Norisius ait: lin. 26. col. 1. Cujus, nempe Honorii Imperatoris, tantum erat, oborto Schismate, Episcopos ad Synodum vocare; non verò Constantii privati adhuc viri. Audiatur Card. Baronius Anno 418. in calce rem ita describens: Tunc quod Imperatoris erat munus, persolvit, & iudicium; ut decebat, exercuit. Sed num pro arbitrio ipse ex duobus electis Episcopis, quem vellet, sedere jussit? Minime gentium. Verum potius convocatis Episcopis, rem voluit ab ipsis cognosci, &c. Noris scribit, cuius erat; Baronius: Imperatoris munus erat. Apage igitur insultam censuram. Tunc Imperator in subsidium Ecclesiæ Sacram ad Synodum evocatoriam emisit.

XXV. Patres sextæ Synodi Africanæ studio ambitionis, interdixerunt appellationibus ad Papam Romanum. Lib. 1. Hist. Pelag. pag. 57. Hæc Patrum Africanorum verba sunt can. 125. Cod. Africani: Non provocent nisi ad Africanâ Concilia, vel ad Primares provinciarum suarum: ad transmarinam autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Cuiam major fides habenda, ipsimet Synodo, an hodierno fictitiæ Epistolæ scriptori? Scribit Baronius A. 419. pag. 449. edit. Rom. Ut planè liqueat Zosimum minime probasse, quod ab Africanis Episcopis fuerat definitum, ne presbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi appellarent iudicia transmarina. Nusquam illa verba studio ambitionis Norisius effudit. Mendaci impostoris manu inserta sunt. Dixit Africanos conatos fuisse jura sua extendere interdicentes insuper appellationibus Episcoporum, quod non ambitionis, sed iustitiæ meliùs exercendæ causâ se facere iidem Patres testati sunt in Epistolâ ad Cælestinum Papam. Porro appellationibus Episcoporum in priori illo canone non fuerat interdictum; unde jura sive ex privilegio, sive ex tolerantia

Apoll-

Apostolicæ Sedis apud Afros inolata, postea extendere conabantur.

XXVI. *Solum meritum naturale de condigno respectu gratiæ supernaturalis semper fuit prohibitum ab Ecclesiâ.* In Epistolâ MS. Romam missâ.

Item XXVII. *Semipelagianismus fuit permissus ab Ecclesiâ per seculum, & amplius antè Concilium Arausicanum II.* Lib. 2. Hist. Pelag. cap. 23.

Hac de re plura dixi in confutatione Palinodiæ Norisii affictæ pag. 52. & 53. Haud vacat ferram per eandem lineam reciprocare. Scribit Sirmondus Semipelagianorum opiniones in Arausicanâ primùm Synodo damnatas fuisse: *Ceterum*, inquit, *gravi ac diuturnæ contentioni, quæ sanctissimos & doctissimos utrimque viros in Galliâ centum & amplius annis exercuit, finem postea tandem attulit Synodus Arausicana II. quæ totam de gratiâ & libero arbitrio controversiam ex S. Augustini sententiâ composuit.* Tomo I. Concil. Galliæ A. 529. Lege Raynaudum cap. 3. Apologiæ pro Valeriano Cemelensî, Cellotium lib. 2. Hist. Gottescalchi cap. 4. & dicta in confutatione pseudopalinodiæ pag. 53.

XXVIII. *Semipelagiani non fuerunt damnati in Pelagianis: in Epist. MS.* Brevi Norisii etiam somnia in crimen vocabunt, qui Epistolæ ejusdem manu exaratas, non tamen typis editas, carpunt. Sub lite diutius fuit, an bona opera naturæ viribus elicita, non quidem ut merita de condigno, sed ut purè occasiones & ansulæ à Deo quandoque expectarentur, quæ gratiæ donum congruentius largiretur. Hoc gratiæ repugnare cum Augustino discipuli asserbant; negabat Cassianus cum sectatoribus. Synodus Arausicana publicâ sententiâ Augustino tandem causam adjudicavit. Ita in controversiâ de auxiliis Patres Dominicani probabant Molinæ opiniones in Semipelagianis confixas fuisse ab Ecclesiâ; id Jesuitæ inficiabantur. Lis sub iudice pendebat; nec hucusque decisa est.

XXIX. usque ad XXXIV. *Sanctum Vincentium Lirinensem, ac Hilarium Arelarensem cum Massiliensibus contra S. Augustinum sensisse.* In eadem sententiâ sunt de Vincentio Poncius, Frassenius, Garnerius, Lupus, Quiesnellus, quos laudo in confutatione pseudopalinodiæ. De Hilario affirmant Sanctus Prosper in calce Epistolæ ad Augustinum, Raynaudus cap. 4. citati operis Henao sect. 28. de Scientiâ mediâ, Sammarthani in Galliâ Christianâ V. Hilarius, Maguinus, Quiesnellus, Florentinus cum Holstenio in notis ad Martyrologium die 5. Maii, Sirmondus apud Labbeum tom. 2. Concil. pag. 1818. & alii.

XXXV. *Cardinalis Sadoletus fuit Semipelagianus* In Vind. pag. 74. usque ad 76. Nusquam hæc in Norisii libro leguntur. Dixit pag. 75. lin. 44. col. 2. Sadoletum incautè & inscienter in opinionem Semipelagianorum incidisse. Si incautè & inscienter, non igitur fuit hæreticus Semipelagianus. Videbis dicta in confutatione pseudopalinodiæ pag. 13.

XXXVI. *Cardinalis Cajetanus contradicit Epistolæ Cælestini.* In Vind. pag. 76. Norisii ibidem cap. 8. cum Baronio, Suario, Sirmondo, & aliis probat illam Epistolam secundum duo tantum priora capita esse Cælestini; at Cajetanus contradicit iis, quæ in assuâ germanæ Cælestini Epistolæ appendice recitantur. Præterquam quod id non pertinet ad dogma, sed ad honorificum de S. Augustino testimonium, quod nempè perperam diceretur excessisse in in controversiis de divinâ gratiâ.

XXXVII. *Cardinalis Baronius erravit centies triecies, & sæpius in suâ Historiâ.* Num toties Norisius in vasto volumine à Baronii sententiâ discesserit, ut impostor exactè ad calculos studuit revocare, ipse viderit, ac de assertorum veritate eruditi judicent. Illa certè propositio satis invida apud Norisium non legitur. Lego lib. 2. Hist. Pelag. in titulo cap. 8. *Cardinalis Baronii sententiâ ab objectis à Christiano Lupo erroribus vindicatur.* Ita pro eruditissimo Cardinali disputat cum Sodali & amicissimo Lupo. Pater Petavius tom. 2. in Sanctum Epiphanium in notis ad Hæresim 73. Semi-Arrianorum ex professo Baronii errores corrigit, præfatus: *Pergam de historiis & annalibus Ecclesiasticis bene mereri.* Huertius vir planè eruditissimus in præambularibus Origenianis in omnibus ferè paginis quosdam Baronii lapsus notat. Valesius V. C. ideo historiam Donatistarum scripsit, quod admissos in eadem Baronio errores, emendaret. Lege notata in calce responsonum ad Germanitates.

XXXVIII. *Papa Zosimus erravit in publico iudicio absolvendo ad tempus Cælestium.* Pag. 39. 40. Lib. 1. Hist. Pelag. Mentitur impostor. Oppositum Norisii affirmat ea pag. 39. lineâ 52. col. 2. scribens. *Zosimus Cælestium adeo promptam Innocentii literis obedientiam atque assensum profertem, haud damnandum iudicavit; sed ne illum absolvendum duceret, iudicium utriusque Synodi Carthaginensis & Milevitane remorabatur; quare eundem anathemati Carthagine antè quinque annos in ipsum lato NON EXEMIT.* O te miserum, Noris, qui mendacissimi impostoris stylo fingeris ea absurda exarare, quæ tuo dudum calamo confixeras.

XXXIX. *Hormisdas Papa injustè egit contra Maxentium.* Lib. 2. Hist. Pel. pag. 153. & 157. Mentitur solita fide. Illa ne quidem Norisius somniavit. Scribit pag. 159. lin. 29. col. 1. de Maxentio: *insimulare Pontificem homo petulantis ingenii non veretur, &c.* Legantur quæ addit initio, pag. 162. Pauca eâ de re idem scripsit, quæ non antea notaverint Petavius lib. 1. de Incar. cap. 18. & lib. 5. cap. 2. & Vasquez disp. 15. de Incarnatione, quibus planè similiter de Maxentii causâ Norisius disseruit.

XXXX. *Papa Vigilius imprudenter se gessit in Synodo V.* Pag. 41. differt. de Synodo V. Peream si hæc apud Norisium leguntur. Dixit Vigilio verti vitio inconstantiam (erat ea quæstio facti, non dogmatis) cui tamen querelæ adductis verbis doctissimi Marchæ obviam ivit.

XLI. *Doctores Scholastici sunt reprehendendi, non commendandi.* Pag. 7. 19. 20. 24. 28. 33. 35. 36. Nænas ac fabulas narrat. Lege responsonem ad Germanitatem I. Quod Norisius plerosque Scholasticos deserit, S. Augustini ac plurium Patrum sententiæ adhæsurus, ridiculam illam æquè ac falsam propositionem Norisio appingit.

XLII. *In libro Henrici Noris nulla sunt contradictiones, quam ego nunc affirmo & confirmo uti absolutam & approbandam.* O capitulum lepidissimum! Adeone mentis inops tibi Norisius videtur, ut ex proseriptione libri Risbrochii, in quo plurium contradictionum insimulatur, se omni earundem suspitione absolutum putet? Non est Romanis iudicibus curæ, num quis sibi, sed num quis fidei Catholice, aut Christianæ disciplinæ contradicat. Scio Risbrochium viginti antilogias Norisio apponere. Sed, Deus bone, quàm mendaciter, imò quàm ineptè! Unam & alteram excusiam, ne rerum fabularium

narratione Lectori serio fastidium ingeram. Risbrochius pag. 356. num. 6. ait Norisium in Hist. Pelag. lib. 2. cap. 11. scribere Vincentium Lirinensem detorsisse literas Cœlestini in favorem Lirinensium; at in Vindiciis pag. 106. oppositum docuisse. Audias, quæso te, Norisii verba paginâ illâ 106. lin. 4. col. 2. nam hic testatur Vincentium *easdem sibi faventes iactasse*. Ideò sensum detorsit in favorem Massiliensium, ut sibi, qui Massiliensibus similiter sentiebat, eisdem favere iactaret. Hæccine est Norisii antilogia, an potiùs concursus, constansque sententia? Ibidem Num. 17. scribit Norisium in Historiâ Pelagianâ affirmare libros de peccatorum meritis & remissione nuncupatos fuisse Marcellino; at ibidem pag. 25. Norisium asserere librum de naturâ & gratiâ dicatum fuisse ipsimet Marcellino. Vah putidas imposturas! In primis si Norisius affirmat Augustinum utrumque opus Marcellino nuncupasse, non est antilogiæ incusandus, cum idem de eodem haud simul & neget & affirmet. Verùm nusquam dixit librum de naturâ & gratiâ Marcellino dicatum fuisse. Hæc scribit lib. 1. cap. 6. pag. 21. lin. 27. col. 2. *Statim iustum eidem volumen opposuit, quod de naturâ & gratiâ inscriptum, iisdem adolescentibus, qui Pelagianum librum prodiderant, nuncupavit: Nempe Timasio & Jacobo.* At pag. 25. lin. 66. col. 1. scribit: *Cum Marcellinus occisus fuerit, antequam Orosius*

in Africam appelleret, & Augustinus librum de naturâ & gratiâ elucubraverit, profecto paulo antè ex Africa in Palestinam Orosio, &c. Itaque dicit obisse Marcellinum, antequam Sanctus Doctor scriberet librum de naturâ & gratiâ. Et tamen Norisius fingitur ibidem affirmare Augustinum laudatum volumen inscripsisse mortuo antè annum Marcellino. Hæc planè arte fallaci poterat impostor non tantum viginti, sed vicies mille antilogias Norisio affricare, Eadem mendaci manu ceteræ contradictiones confutæ sunt.

Propositio XLIII. *Henricus Noris in suo tomo nullas hæreses, nec errores Sancto Augustino attribuit, nec eum cum Calvino & aliis hæreticis interpretatur.* Hoc planè de se Norisius jure ac merito prædicare potest; nam quæ illi errorum somnia imputantur, in responsis ad Germanitates diffusi. Hæc de Norisio scribit P. Paschafius Quæfnellus non quidem palpans, sed cum Norisium erroris incusat tom. 2. in notis ad Epist. Sancti Leonis pag. 848. col. 2. *Integram porrò Epistolam vel non vidit, vel non attendit, vir doctissimus Henricus de Noris inter primos Sancti Augustini discipulos & defensores, etsi scriptorum tempore postremus, meritò numerandus.* Næ si Norisius hæreses Sancto Augustino impegisset, inter Sancti Doctoris discipulos ac defensores eruditorum iudicio censeretur?

Quis hisce lectis, non intelligat quantâ isti homines invidiâ, imò rabie æstuent, dum Notisium tot mendaciorum plaustra eructantem inducunt? Mæherclè invictam illius Scriptoris causam produunt, quam nisi dolis, præstigiis, ac imposturis oppugnant. Ita hanc pseudepistolam, hinc fictitiam palinodiam, hinc ridiculæ Apologiæ frontispicium Norisii nomine per dolum incrustantes, evulgarunt, quo detestabili facto frontem ac conscientiam; imò Dei, hominumque timorem se posuisse monstrant, ut summo mihi jam dederori esse putem, qui

eum hisce fallacissimis ac mendacissimis impostoribus manum conferens, teterrimo, quem tot undique calumniis exhalant, fætoe memet infecerim. Quare ex tam lutulento cæno pedem jam tandem retrahens, adversus pseudepistolæ factorem Hieronymi in altero in Rufinum libro verbis concludo. *Stylum Norisii qualicumque est, & formam eloquii vir mendacissimus exprimere non valuit; sed inter ipsas præstigiis, & alterius personam, quâ se fraudulentem induerat, quis esset, ostendit.*

